SVMMARIVM.

PAVLVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum.

Ad perpetuam rei memoriam.

Num. 1.

ROmanus Pontifex, cui vniuersalis Ecclesiæ diuinitùs est commissum, si inter Personas Ecclesiarum præsertim Metropolitanarum insignium generis claritate, & Dignitate pollentes, *aliasque Catholicis natalibus ortas, quibus Ecclesiæ ipsæ maximè illustrantur*, dùm eorum cœteri, aliqui quorum Genitores Christianæ Religionis tramites nefariè sunt transgressi se temerè aggregare curant varia scandala, & dissentiones passim oriri intuentur, nè similia subsequantur non modo in eos Iuris rigorem obseruare, verùm seueriùs secum agere dignum ducit, etquæ propterea statuta, & ordinata fuisse comperit, vt inuiolabilitèr obseruentur, remedia adhibet opportuna, proùt locorum, & rerum qualitate exigente id conspicit in Domino salubritèr expedire, dudum siquidèm fel: recor: Iulio Papa Tertio Prædecessori nostro pro parte dilecti filij nostri Ioannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Toletan. nuncupati tunc in minoribus constituti Archiepiscopi, & dilectorum filiorum Capituli Toletani exposito, quod anteà ipse Ioannes Cardinalis tunc Archiepiscopus postquam Ecclesiæ in Archiepiscopum, & Pastorem Apostolica auctoritate præfectus fuerat, & circà gregem sibi creditum in viam salutis dirigendum vigiles more Pastoris intendens, ac Ciuitatem, & suam Diœcesim Toletanam visitans, attenteque considerans, quod licèt Ecclesia ipsa Toletana inter cœteras non solùm Hispaniarum Regnorum, verùm etiam totius Orbis Ecclesias ob Sanctorum illius Præsulum, & Serenissimorum Hispaniarum Regum inibi quiescentia, & tumulta corpora, tùm ob illius reddituum vbertatem admodum celebris, & insignis existebat, nihilominùs aliquandò eueniebat, *quod aliqui ex illius Capitularibus Personis præsertìm de infecta Hebreorum progenie descendentes tanquam de crimine Heresis suspecti intrà eandem Ecclesiam de mandato Inquisitorum Hereticæ prauitatis illarum Partium capti, ac ex eis sic eorum exigentibus demeritis nonnulli combusti, & alij pœnitentijs publitis afflicti fuerant in ipsius Ecclesiæ, & illius Personarum non leue dedecus, & opprobrium, ac quamplurimorum Christifidelium scandalum*; Et propterea cupiens inconuenientibus, & scanda-

Breue confirmatorium præcitati Statuti concessum à Paulo IV.

A *Causa finalis concessionis, ex quo aliqui in dicta Ecclesia admitti postulabant, quorum Genitores Christianæ Religionis tramites nefariè fuerant transgressi.*

B *Causa finalis statuti, ex quo aliqui Capitulares dictæ Ecclesiæ de infecta Hebreorum progenie descendentes tanquam suspecti de heresi capti fue-*

rant, & ex illis aliqui combusti, alij verò publicis pœnitentijs afflicti in magnum dedecus dictæ Ecclesiæ.

dalis, quæ exindè oriri poterant pro sui officij debito occurrere, & vt eadem Ecclesia perpetuis futuris temporibus honorificè veneraretur ad Dei laudem, & honorem, Diuinique cultus augumentum, ac præfatæ Ecclesiæ venustatem, & decorem præfatis Capitulo per cedulam antè diem, (vt moris erat.) Capitularitèr congregatis, & conuocatis, habitisque diuersis tractatibus, & particularitèr inter ipsum Ioannem Cardinalem tunc Archiepiscopum, & certas Personas per eosdem Capitulum ad id deputatas de consilio, & assensu, ipsorum maioris, & sanioris partis sub Sedis Apostolicæ beneplacito, & non aliàs alitèr nec alio modo statuerat, & ordinauerat, quodque ex tunc deinceps in perpetuum non nisi Clerici illustres, aut nobiles, seù litteris prædicti in aliqua generali vniuersitate studij graduati, qui ab antiquis Christianis, nulla Hebreorum, aut Saracenorum, seù Hereticorum macula infectis originem ducerent ad Dignitates, seù Canonicatus, & Præbendas, portiones, Cappellanias, & Beneficia etiam Clericones nuncupat., & in eadem Ecclesia pro tempore vacantia admitti possent, etsi admissi ex certa, & vera informatione, quod de Hebreorum, aut Saracenorum, aut Hereticorum progenie descenderent, reperti fuissent. Statìm ab eadem Ecclesia expellerentur, & pro illius Beneficiatis nullatenùs haberentur, nec sibi de fructibus, & redditibus ad Beneficium, ad quod admissi fuissent pertinentibus vllatenus respondetur, ità tamen, quod dictus Clericus sic expulsus, Beneficium, de quo sibi prouisum fuisset, permutare, & de illo expulsione prædicta non obstante, Canonicis seruatis sanctionibus disponere posset.

C

Tenor dicti Statuti iàm transcripti in Breui præcedenti.

D

Quodque omnes & singuli, qui ad Dignitates, Canonicatus, & Præbendas portiones, & beneficia in Ecclesia huiusmodi admittendi essent de obseruando statuto huiusmodi, & illius seu sui Iuramenti relaxatione ab eadem sede, seu quocunque Prælato, vel alia Persona ad id facultatem habente non petente, vel alias absolutione ipsa ab alio obtenta, vel impetrata, seù motu proprio concessa non vtendo, Iuramentum præstare deberent, & absque Iuramento prædicto admitti, seu in possessionem Dignitatis aut Canonicatus, & Præbendæ, seù portionis in eadem induci nullatenus possent, Ita tamen, quod statutum, & ordinatio huiusmodi Dignitates aut Canonicatus, & Præbendas, aut portiones Ecclesiæ huiusmodi tunc obtinentibus, aut illis quibus ad Dignitates, Canonicatus, & Præbendas aut portiones huiusmodi regressus concessi, aut qui illorum regimine Coadiutores deputati erant nullatenus præiudicarent &c., & quotiescunqne aliquis ad eosdem Capitulum ad petendam possessionem alicuius Dignitatis, vel aliquorum Canonicus,

E

Decernit circa deputationem Canonici, qui informationes suscipere deberet, & à Capitulo esset deputandus.

catus, & præbendæ, seu alicuius portionis, vel Cappellaniæ eiusdem Ecclesiæ veniret, viso, & examinato eius titulo vnus Canonicus ipsius Ecclesiæ ex antiquis Christianis originem ducens ad informationem Dignitatis, & Canonici, & Beneficiati nouiter admittendi, & similiter vnus Portionarius ex antiquis Christianis originem ducens ad informationem Portionarij. Et Cappellanus ex simili antiquorum Christianorum Progenie descendens ad informationem de Clerico adCappellaniam nouiter admittendo faciendam deputarentur, & informationes prædictæ expensis illorum, qui ad Dignitates, seu Canonicatus, & Præbendas aut portionds, & Cappellanias ibidem admittendi essent fieri, & Clericorum Clerizones nuncupati dictæ Ecclesiæ, informationes fierent a duobus Canonicis eiusdem Ecclesiæ similiter ex antiquis Christianis descendentibus, si ex Ciuitate Toletanæ oriundi essent, quod si aliunde ortum habuissent, vnus ex Cappellanis ex antiquis Christianis originem ducens informationem ipsam facere posset committi. Et per eosdem duos Canonicos, quorum conscientias ipse Ioannes Cardinalis tunc Archiepiscopus onerauit desuper fieri deberet, & donec informatio prædicta videretur, & ex ea constaret de qualitate sic admittendorum Clericorum, ipsi Clerici in dicta Ecclesia nullatenùs admitterentur, proùt in statuto, & ordinatione prædd., ac ipsius Ioannis Cardinalis tunc Archiepiscopi patentibus litteris, seu Instrumentis aut aliis scripturis publicis desuper, forsan confectis dicebatur pleniùs contineri &c. Cum autem ea diutius firmiora, & illibata persistant, quæ sæpius sunt d.Sedis munimine roborata, & propterea sicut accepimus tam præfatus Ioannes Cardinalis, qui eidem Ecclesiæ Toletanæ ex dispensatione Apostolica præesse dignoscitur, quam Capitulum præfati cupiant præmissa omnia pro illorum subsistentia firmiori etiam per nos approbari, & confirmari, Nos igitur honori, & decori eiusdem Ecclesiæ consulere volentes singulares personas Capituli huiusmodi a quibusuis excommunicationis &c. absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon singularum litterarum prædd. veriores ac omnium & singulorum aliorum circa præmissa exprimendorum quarumcunque tenore præsentibus pro sufficienter expressis habentes: motu proprio, non ad ipsorum Ioannis Cardinalis, & Capituli, seu illorum aliquorum aut aliorum (pro eius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam) sed de nostra mera liberalitate statutum, & ordinationem, ac tam Prædecessorum, quam Ioannis Cardinalis præfatorum litteras ac Instrumenta, ac alias scripturas prædd., necnon prout illa concernunt omnia, & singula decreta, statuta, & ordinata, aliaque in eis contenta etinde secuta quæcunque dicta Apostolica auctoritate,

F
Paulus V. d.statuta confirmat.

& extra certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium approbamus, & innouamus ac confirmamus, eaque perpetui roboris firmitate subsistere, & suos debitos effectus sortiri, & inuiolabiliter perpetuis futuris temporibus obseruari debere, nec per quoscunque etiam de d. Capitulo pro tempore, nec contradici fieri, aut veniri posse decernimus, omnesq; & singulos tam Iuris, quam facti, ac solemnitatum requisitorum, & forsan omissarum dfectus, si qui forsan interuenerint, in eisdem supplemus, & nihilominus pro potiori Cauthela eadē premissa omnia, & singula modo, & forma premissis, & quibus tàm Paulus, quàm Iulius Prædecessores præfati, vt præfertur statuerunt, & ordinauerunt, decreuerunt, & declarauerunt etiam de nouo perpetuo motu, scientia, auctoritate, & potestate supradictorum eorumdem tenore præsentium statuimus, & ordinamus, decernimus, & declaramus; & quod informationes circa recipiendarum personarum huiusmodi qualitates, modo, & forma præmissi sumendæ, & habendæ diligentiùs, & absque dilatione, ac sublatis etiam de medio excusatioaibus quantumuis licèt iustissimis, & subterfugijs quibuscumque à personis de dicto Capitulo per eosdem Capitulum ad id, vt præfertur nominandis, & deputandis habeantur eidem Capitulo personas à se assumendæ informationes prædictæ pro tempore deputatas informationes ipsas sumere, & pro illis habendis ad loca necessaria personarum huiusmodi accedere, & mihi informationes ipas vsque ad debitum finem iuxta sibi ad hoc per præfatos Capitulum datum ordinem adire, & aliàs debito modo perficere recusantes, vel renitentes ad onus sumendum, & perficiendarum informationum huiusmodi in se respectiuè assumendum, necnon accedendum, & perciendum, sicut præmittitur, ut Testes quoscunque; quos nominandi, & deputandi huiusmodi super eisdem qualitatibus habendis dixerint requirendos, & examinandos ad se propterea districto examini subijciendum, & veritati Testimonium perhibendum in præmissis per excommunicationis, & suspensionis, ac interdicti, aliasque Ecclesiasticas Sententias; censuras; & etiam pecuniarias pænas eorum arbitrio moderandas, & applicandas, necnon alia Iuris, & facti opportuna remedia, de quibus eis videbitur etiam per Edictum publicum constito summariè, simplicitèr, & dè plano, ac sine strepitu, & figura Iudicij de non tuto accessu, monendi, cogendi, coercnndi, coercendi, & compellendi, ac etiam citandi, eosque, & eorum singulos, ac præmissis non parentes, & inobedientes, ac contradictores quolibet, & rebelles censuras & pænas huiusmodi damnabi-

G Iubet Summus Pontifex vt informationes diligenter sint suscipiendæ, & absque dilatione, & sublatis etiam de medio excusationibus quantumuis iustissimis, & subterfugijs quibuscumque.

H Summus Pontifex concedit multas facultates, & IurisdictionesCanonico à Capitulodeputato pro informationibus, qui illas debet perficere.

ti-

liter incidisse, & incurrisse, prout opus fuerit declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, & auxilium brachij secularis, si opus fuerit ad hoc inuocanei. Ac in præmissis etiam summariè simplicitèr, & de plano, ac sine strepitu, & figura Iudicij, nulla si videbitur, seruata tela Iudiciaria procedendi plenam liberam, & omnimodam auctoritate, scientia, & potestate similibus potestarem, & facultatem eorumdem tenore præsentium tribuimus, & concedimus, & indulgemus, necnon quod pro tempore de dignitate personatu, administratione, vel offieio, Canonicatu, aut quouis alio beneficio Ecclesiæ huiusmodi prouisus, *si postmodum factis informationibus iuxta Statutum, & ordinationem huiusmodi qualificatus repertus fuerit eo ipso, quod in Festo S. Michaelis Archangeli de mense Septembris, seù alia quauis die anteriori in dicto Capitulo pro receptione sua comparuerit, & litteras prouisionis de Dignitate, aut Canonicatu, & Præbenda, siuè portione, vel Cappellania, aut alio benefieio Ecclesiastico huiusmodi sibi factæ ipsis Capitulo præsentauerit.* Et propterea pro sui desuper receptione, & alijs necessarijs institerit. *Ex tunc à die comparitionis pro debitè, vt in ipso Capitulo motus est recepto, & admisso, ac præsente, & residente in eadem Ecclesia habeatur in omnibus, & per omnia, perindè ac si comparitionis, & præsentationis suæ huiusmodi receptus, & admissus sicut præmittitur, ac in possessionem corporalem Dignitatis, seù Canonicatus, & Præbendæ, aut Portionis, vel Capellaniæ, siuè beneficij huiusmodi inductus, seruatis ad id requisitis inibi consuetis &c.*

I *Et si ex informationibus constet de puritate statim Prouisus sit admittendus.*

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ anno 1555. pridie Kal. Martij Pontificatus nostri anno primo.

K *Datum Romæ anno 1555.*

Num. 2. *Litteræ executoriales huius Supremi Auditorij cum insertione Decisionum, Sententiarum, & Decretorum.*

Serenissimo, Potentissimo, Inuictissimo, & Catholico Principi, & D. D. Philippo Quinto, diuina fauente clementia Hyspaniarum Regi &c. aliorumque dominiorum vestrorum felicis prosperitatis augumentum, necnon Illustrissimo, & Reuerendissimo D. pro Sanctissimo D. Nostro Papa, Sanctaque Sede Apostolica Nuntio in Regnis Hyspaniarum commoranti, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Archiepiscopo Toletano, Archiepiscopis, & Episcopis Archiepiscopatui prædicto Toletan. vicinioribus, eorumque, & cuiuslibet ipsorum DD. Auditoribus, Vicarijs, seù Officialibus generalibus &c. vel illis, ad quem vel ad quos præsentes nostræ litteræ peruenerint, seù præsentabuntur Cyriacus Lancetta I.V. D. Sanctissimi D.N. Papæ Cappellanus, & ipsius Sac. Palatij Apostolici Cau-

Causarum Auditor subrogatus in locum Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Bernardini Scotti iam eiusdem Sac. Rotæ Auditoris, & in causa, & causis huiusmodi, ac Partibus infrascriptis Iudicis Commissarij Apostolica authoritate specialitèr, & expresè deputat. salutem in Domino, & in commissis diligentiam facere, nostrisque huiusmodi, imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod vacato alias in Cathedrali, & Primatiali Ecclesia Toletana Canonicatu, & Præbenda vacat. per obitum *Ioannis Roman de la Fuente*, & de quo agitur fuit de eodem Canonicatu, & Præbenda à S. Sede Apostolica authoritate prouisus R.D. Ioseph Fernandez de Iubera Principalis, litterasque Apostolicas prouisionis huiusmodi in forma solita, & consueta sub plumbo de more expeditas reportauit, illisque dicto Reuerendissimo Capitulo Toletano præsentatis, ad hoc, vt iuxta formam formam Statutorum dictæ Ecclesiæ Primatialis per per dictum ReuerendissimusCapitulum *vnus ex Canonicis dictæ Ecclesiæ eligeretur pro habendis probationibus* super puritate sanguinis ipsius D. Iubera, prout per ipsum Capitulum fuit deputatus solitus Canonicus Commissarius, qui ad effectum huiusmodi probationes requisitas explendi, se contulit ad Ciuitatem Seguntinam, Terram Aquauiuam, & Villam Matriti, & opportunum compilauit Processum, qui ad dictum Capitulum Toletanum delatus, obiecit Capitulum huiusmodi probationes non fuisse completas, ac proindè executionem prædictarum Litterarum Apostolicarum & possessionem d. Canonicatus, & Præbendæ eidem D. Iubera Principali tradere distulit adeoque ne res in evum vlterius protraheretur propriæ indemnitati consulendo præd. R.D. Ioseph Fernandez Iubera Principalis &c. Commiss.&c.Clem.XI. cum his præcisis verbis = Placet I. F. Signaturam = super executione dd. Litterar. Apostolicarum prouisionis d.Canonic tus, & Præbendæ ad sui fauorem expeditorum, & respectiue reclamationis à retardata per Capitulum præd.executione directam eademque Apostolica authoritate præsentatam dicto Eminentissimo Scotto tùnc eiusdem Sac.Rotæ Auditori reportauit sub die 8. Iulij 1713. seù &c. tenoris sequentis videlicèt = *Beatissime Pater*, Exponitur humilitèr S. V. pro parte deuot. illius Oratoris Iosephi Fernandez de Iubera Presbyteri Seguntini, quod alias ipse Orator in forma gratiosa prouisus fuit à S. V. de Canonicatu, & Præbenda vacan. in Cathedrali Ecclesia Toletana,expeditisque Litteris Apostolicis eas præsentauit Decano, & Capitulo dictæ Cathedralis Ecclesiæ,vt iuxta formam Statutorum informationem caperet super puritate sanguinis ipsius Oratoris, *qua capta, & examinata nescitur quo Iure sufful-*

A
NarraturCanonicatus vacatio per obitum Io.Roman.

B
Narratur præsentatio litterarum Apostolicarum facta Rmo Capitulo, quod Rmum Capitulū deputauit vnū ex Canonicis pro capienda informatione puritatis.

C
Qui Canonicus Comissarius processum expleuit.

D
Quo Processu viso perCapitulum, decreuit probationes non esse finitas & proindè retardauit tradere D. Iosepho Fernandez Iubera possessionem Canonicatus.

E
Qui consulendo propriæ indemnitati commissionem à SS.impetrauit.

fulti possessionem Oratori tradere neglexerunt, & negligant in graue ipsius Oratoris grauamen, & praeiudicium, cuius propterea interest quanto citius declarari facere praedictas Litteras Apostolicas esse exequibiles quoad omnes, & praesertim quoad Decanum, & Capitulum dictae Cathedralis Ecclesiae; Ideircò ad S. V. recurrit humilitèr supplican. quatenus digneter causam, & causas super executione dictarum Litterarum Apostolicarum, *& à retardata, seù denegata traditione possessionis* vna cum omnibus suis inciden., dependen., emergen., annexis, & connexis totoque negocio principali, ac quam, & quas alicui ex Sac. Vestri Palatij Apostolici Caus. Aud. attento quod fructus dictus Canonicatus viginti quatuor ducat. auri de Camera annuatim longè excedunt, & dummodò super praemissis alibi iudicium çeptum non sit audien., cognoscen., deciden. fineque debito terminan., proùt de iure committere, & mandare cum facultate citan. d. Aduersarium omnesque alios quos opus fuerit etiam per Edictum publicum constito de non tuto accessu illisque, & quibus videbitur sub sententijs censuris, & penis inhiben. contradictores in ea seruata forma Concilij Tridentini incedisse declaran., aggrauan., reaggrauan., auxiliumque brachij saecularis immoran. aliaque facien., dicen., geren. exercen., & exequen. necessaria, & opportuna praemissis, & circa ea necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis stylo Palatij, & Curiae coeterisque contrarijs non obstan. quibuscumque statum &c. prò plenè &c. De mandato Sanctissimi D. N. Papae audiat Magister Bernardinus citet etiam per Edictum inhibeat etiam sub censuris procedat vt petitur, & I. F. = F. Columna = Reg. = Placet I. F. = Cuius quidem praeinsertae Commissionis vigore citatis prius in Partibus dicto Reuerendissimo Capitulo, Decano & Canonicis Toletan. exaduerso Principalibus, & deindè hic in Curia D. Iosepho de Cappuccinis eorum Procuratore ab eis legitimè constituto, ac ad alios actus, & terminos iudiciales intèr Partes deuento, successiuè verò, cum dictus Eminentissimus Scottus fuerit ad Sac. Purpuram euectus, fuimus nos in hac causa legitimè subrogati, qua stante subrogatione productis coram nobis documentis, & authenticis probationibus ad causam facientibus alijsque iudicialitèr actitatis, & de more gestis particulare dubium, An scilicèt Litterae Apostolicae sint exequendae, in plena Rota diei prima Iulij 1716. proposuimus ibique ad plenum, & maturè discussum, DD. Aduocatis, & Procuratoribus vtriusque Partis tàm in voce, quàm in scriptis acerrimè informantibus; affirmatiuum &c. fauorem ex iuribus, & rationibus contentis, & expressis in Decisione per nos desuper extensa huiusmodi sub tenore videlicèt = R.P.D. Lancetta = Toletana Canonicatus =

F
Tenor commissionis signatae manu Smi.

G
Narratur Summo Pontifici quod viso per Capitulū Processu retardabat tradere Canonicatus possessione.

H
Summus Pontifex committit Causam huic Sup. Auditorio super executione Literarū Apostolicarum, & retardata, seù denegata traditione possessionis.

I
Refertur citatio Rmi Capituli, & comparitio Procuratoris, & dubii subscriptio.

K
Refertur rescriptum editum die 1. Iulii 1716. pro executione Literarum Apostolicarum.

L
Tenor Decisionis editæ die 1. Iulii 1716. cor. R.mo Lancetta Decano.

Merc. prima Iulij 1716, = *Sanguinis puritatem in admittendis ad Ecclesiasticas Dignitates à celebrioribus Hyspaniæ Ecclesiis iuxtà particularia Statuta requisitam, præscribit etiam Statutum Primitialibus Ecclesiæ Toletanæ authoritate S. Sedis Apostolicæ confirmatum, disponendo, quod in illius Capitulum admitti non possint, nisi nobiles Clerici, aùt litteris præditi, qui ab antiquis Christianis nulla Hæbreorum, aùt Saracenorum, aùt Hæreticorum macula infectis originem ducant, quodque comparente aliquo ad petendam &c. possessionem &c.* = Sequitur tenor Decisionis = Et ita vtraque &c. = Extensa autem, & publicata suprainserta nostra Decisione Rotali, ac repropositа causa in plena Rota, & ibi causæ, & rationibus Collitigantium ad trutinam reuocatis informantibus quoque tàm in voce, quàm in scriptis Aduocatis, Procuratoribus, & Defensoribus hinc indè iustum putauit Sacrum Tribunal rescribere pro expeditione, seruatisque propterea omnibus, & singulis alijs de Iure, & stylo seruandis citatoque legitimè præfato D. Iosepho de Cappuccinis dd. Reuerendissimi Capituli Decani, & Canonicorum Primitialis Ecclesiæ Toletan. legitimo Procuratote de voto, & assensu RR. PP. DD. Coauditorum nostrorum quibus de huiusmodi Causæ meritis relationem plenariam fecimus, & fidelem nostram in scriptis super executione prædictarum Litterarum prouisionis præfati Canonicatus, & Præbendæ, ac prò Immissione ad possessionem illius fauore d. R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis tulimus, & promulgauimus senteutiam diffinitiuam tenoris infrascriptis videlicet = Christi Nomine Inuocato. Prò Tribunali seden., & solum Deum præ oculis haben, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de nostrorum Coauditorum consilio, voto pariter, & assensum in his scriptis ferimus in Causa, & Causis, quæ primo, & in prima, seù alia veriori vigore specialis Commissionis manu Sanctissimi D. N. signat. coram nobis vti subrogato in Locum Eminentissimi Scotti olim nostri Coauditoris versæ sunt, & vertuntur Instantia inter D. Iosephum Fernandez Iubera Actorem ex vna, & Reuerendissimum Decanum, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Toletanæ reos conuentos partibus ex altera de, & super executione Litterarum Apostolicarum continentium prouisionem Canonicatus, & Præbendæ in Cathedrali, & Primitiali Ecclesia Toletana vacat. per obitum Ioannis Roman de la Fuente, rebusque alijs in actis Causæ, & Causarum huiusmodi latiùs deductis dicimus, pronunciamus &c., & declaramus ad formam tamen Decisionis edict. coram me, & non alias &c. præcitatas Litteras &c. fauore d. D. Iosephi Fernandez de Iubera in forma gratiosa expeditas

M
Refertur rescriptum pro expeditione Causæ vtraque Parte informante.

N
Tenor Sententiæ pronunciatæ à Reuerendissimo Lancetta Decano, qua in exequutionem Litterarum Apostolicarum decernitur immissio ad Canonicatus possessionem.

tas super prouisione Canonicatus, & Præbendæ d. Primitiatis, & Cathedralis Ecclesiæ Toletanæ tanquam in omnibus, & per omnia iustificatas forè, & esse exequendas, prout nos exequi volumus, & mandamus, & prò effectu executionis huiusmodi dictum Dominum Iosephum Fernandez de Iubera immittendum fore, & esse in veram, realem &c. Possessionem d. Canonicatus, & Præbendæ, eiusque fructuum, prouentuum reddituum, distributionum, & emolumentorum quorumcumque, prout Nos immittimus, & pro immisso haberi volumus, & mandamus, mandatumque de immittendo, & aliud quodcunque desuper necessarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & esse, prout Nos decernimus &c. dictosque *Decanum, & Capitulum condemnandos forè, & esse ad restituendos omnes, & singulos fructus, redditus, prouentus, & emolumenta quæcunque ratione dicti Canonicatus, & Præbendæ dicto Canonico Iosepho Fernandez de Iubera de Iure debitas, seù debita coram Nobis, seù alio, quo de Iure suis loco, & tempore liquidam vsque ad effectiuam, & actualem d. Canonicatus, & Præbendæ Possessionem ad formam Statutorum dictæ Ecclesiæ à Sede Apostolica confirmatorum,* prout nos restitui volumus, & mandamus, victosque victori in expensis condemnamus, quarum taxationem &c. Nobis, vel cui de Iure imposterum reseruamus, & ità dicimus &c. non solum præmisso, sed omni alio meliori modo &c. = Ità pronunciaui Ego Cyriacus Lancetta Sac. Rot. Auditor, & Iudices = Lata siquidem, ac promulgata huiusmodi nostra præinserta sententia cum ab ea tanquam lata super executione Litterarum Apostolicarum minimè liceat appellare in suspensiuo comparuit &c. D. Vitus Angelus Cauallettus in Romana Curia Causarum, & supradicti R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis legitimus Procurator, & in executionem supradictam, & insertæ sententiæ diffinitiuæ Litteras executoriales Rotales, mandatumque de Immittendo ad Possessionem prædictus Canonicatus, & Præbendæ vacat.&c. quæ omnia, & singula præmissam &c. authoritate Apostolica Nobis commissa, & qua fungimur in hac parte tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie vobisque, & vestrum cuilibet in solidum in virtutæ Sanctæ Obedientiæ, & sub infrascriptis *sententiarum, & censurarum pœnis strictè præcipiendo mandamus*, quatenùs infrà sex dierum spatium post præsentationem, seù notificationem Præsentium, ac requisitionem Vrbis, seù alteri vestrum pro parte d. R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis, siuè eius legittimi Procuratoris desuper fact. immediatè sequen., quorum sex dierum spatium duos pro

Condemnantur Decanus, & Capitulum ad restitutionem omniũ, & singulorum fructuum, ac emolumentorum ratione d Canonicatus, & præbendæ de Iure debitorum.

primo,

primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies prò tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica Vrbis, & vestrum cuilibet assignamus, itaut in his exequendis vnus Vestrum alium non expectet nec vnus pro alio, seù per alium se excuset *supra insertam nostram diffinitiuam Sententiam Rotalem ad fauorem d. R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis, vt supra latam, & promulgatam omniaque, & singula in eadem contenta, & expressa, & alias juxtà illius formam, vim, continentiam, & tenorem quantum ad vos, & Vestrum quemlibet spectat, & prò* tempore spectabit plenariè exequamini, debitæque executioni demandatis coniunctim, seu separatim, & ab alijs quantum in vobis fuerit exequi, debitæque executioni demandari faciatis &c. & pro effectu executionis huiusmodi supradictum R. D. Canonicum Iosephum Fernandez de Iubera Principalem, siue eius Procuratorem pro eo in, & ad veram &c., & effectiuam possessionem præfati Canonicatus, & Præbendæ in Primitiali Ecclesia Toletana, vt præfertur vacat. per obitum supradictis Ioannis Roman de la Fuente vna cum omnibus, & singulis suis annexis connexis, dependentijs Iuribus, actionibus, & pertinentijs vniuersis Immittatis, inducatis, & imponatis, quem sic immissum impositum, & inductum manutentioneatis, defendatis, & tueamini prout nos immittimus, immissumque &c. manutemus, & tuemur &c. illicitos detentorem, seu detentores, & occupatores exinde eijcien., remouentes, & expellentes per earundem Præsentium tenorem, deque omnibus, & singulis fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis quibuscumque ad prædictum Canonicatum, & Præbendam spectantibus, & pertinentibus à die capiendæ vigore præsentium possessionis eidem R. D. Canonico Iosepho Fernandez de Iubera Principali, siue eius legitimo Procuratori pro eo respondisse, & respectiuè per quos opus fuerit responderi fecisse debeatis, & debeant illi, seu ille, ad quem, vel quos spectat, ita quod supra inserta nostra diffinitiua Sententia Rotalis omniaque, & singula in ea contenta, & expressa, & aliàs iuxtà illius formam, vim, continentiam, tenorem, atque efficaciam suos debitos consequantur effectus, ac debitæ executioni fauore d. R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis *demandentur liberè, & absque difficultate contradictionibus, & obiectionibus pœnitus reiectis seclusis atque remotis, & non obstantibus* quibuscumque; inhibemus præterea modo, & forma præmissis, vobis omnibus, & singulis supradictis, & generaliter quibusvis alijs, cuiusvis status, gradus, ordinis, & conditionis, & præsertim dicto Reuerendissimo Capitulo, ac Illustrissimis DD. Decano, & Canonicis Cathe-

P *Mandatur, vt omnia, & singula contenta in sententia exequantur, & executioni demandentur.*

Q *Vtque possessio tradatur liberè absque contradictionibus, aut obiectionibus.*

thedralis, & Primitialis Ecclesiæ Toletanæ exaduerso Principalis tam coniunctim, quàm diuisim, ac alias omni &c. omnibusque alijs, & singulis sua Interesse putan., ne quo minus omnia, & singula supradicta, & infrascripta suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, nec impedientibus prædictum R. D. Iosephum Fernandez Iubera Principalem, siue eius legitimum Procuratorem super præmissis in aliquo detis, & dent auxilium, consilium, vel fauorem per vos, vel alium, seu alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis prætextu ingenio, causa, aut quæsito colore. Alioquin si fortè præmissa omnia, & singula non adimpleueritis, mandatisque monitionibus, & inhibitionibus nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis non parueritis realiter, & cum effectu nos in vos, & vestrum quemlibet, ac in contradictores quoslibet, & rebelles, qui in præmissis culpabiles fueritis, seu fuerint, ac præmissorum executionem impedientes ex nunc prout ex tunc &c. & è contra singulariter in singulos dicta Canonica monitione præmissa excommunicationis in Capitula verò Conuentus, & Collegia quæcunque in his delinquentia, suspensionis à Diuinis, in ipsorum verò delinquentium Ecclesias, Monasteria, & Cappellas interdicti Ecclesiastici, & quoad vos Illustrissimos, & Reuerendissimos DD. Nuncium Apostolicum, & Archiepiscopum, & Episcopos respectiuè prædicti, interdicti Ingressus Ecclesiæ respectiuè Sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas (seruata forma Sac. Concilij Tridentini) incurrendas ferimus in his scriptis, ac etiam promulgamus. Cæterum cum ad executionem præmissorum nequeamus personaliter interesse vniuersis, & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis Cantoribus, Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialibusque Ecclesiarum Rectoribus, cæterisque Præsbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscunque per Ciuitates, & Diœceses prædictæ, ac alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum super præmissorum vlteriori executione facienda authoritate, & tenore prædd. committimus plenariè vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, quibus sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet (si ea, quæ nos vobis in har parte committimus, & mandamus neglexeritis, seu distuleritis contumaciter adimplere Canonica monitione præmissa fecimus in his scriptis) strictè præcipiendo mandamus, quatenus infra tres dies post requisitionem vobis, seu alteri vestrum prò parte d. R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Inbera Principalis, siue eius Procuratoris desuper fact. immediatè sequen. quos tres dies pro omni

dila-

R

Quòdque si Decanus, & Capitulum omnia, & singula in Sententia contenta non adimpleuerint fulminantur Censuræ contra illos.

dilatione, terminoque per emptorio, ac monitione Canonica vobis, & vestrum cuilibet assignamus. Ad vos omnes, & singulos supradd. quibus noster Processus dirigitur, singulas personas, & Loca de quibus, ac vbi & quando, & quoties expediens fuerit personaliter accedant, seu alter vestrum accedat, & præsentes nostros processus, & quæcunque in eis contenta vobis coniunctim, vel diuisim legant, intiment, & fideliter publicari procurent, ac præfatum R.D. Canonicum Iosephum Fernandez de Iubera Principalem siue eius legitimum Procuratorem ab impedimentis, & molestationibus per d.Reuerendissimum Capitulum, ac Illustrissimos DD. Decanum, & Canonicos Cathedralis, & Primitialis Ecclesiæ Toletanæ exaduerso Principales, vel eius Procuratorem tam coniunctim, quam diuisim super conteutis in præinserta nostra Sententia præstitis, & illatis, defendant, & ab alijs defendi faciant, & permittant. Quod si fortè (quod non creditur) prædictum Reuerendissimum Capitulum, ac Illustrissimi DD. Decanus, & Canonici Cathedralis, & Primitialis Ecclesiæ Toletanæ exaduerso Principalis, siue aliquis eorum cæterisque contradlctores, & rebelles mandatis, monitionibus, & inhibitionibus, processibus, & requisitionibus nostris huiusmodi, immò veriùs Apostolicis infra dictos eis respectiuè espressos, & assignatos terminos parere ob obedire neglexerint, aùt recusauerint, penas, sententias, & censuras præfatas per nos vt præfertur, contra eos latas damnabilitèr incurrendo ex tunc dd. Subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pena committimus, & mandamus, & quatenùs diebus Dominicis, & Festiuis in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Cappellis infra Missarum, & alium Diuinorum horarum solemnia, ac aliàs vbi, & quando, & quoties expediens fuerit, & pro partesupradicti R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis, siue eius Procuratoris super hoc fueritis sequisiti, seù alter vestrum fuerit requisitus, contradictores, & rebelles præfatos sic vt præfertur excommunicatos publicè denuncietis, & ab alijs quantum in vobis fuerit publicari, & denunciari faciatis, donec, & quousque aliud à nobis, vel Superiori nostro super hoc receperitis in mandatis si verò dictum Reuerendissimum Capitulum, ac Illustrissimi DD. Decanus, & Canonici Cathedralis, & Psimitialis Ecclesiæ Toletanæ exaduerso Principales, cæterisque contradictores, & Rebelles prædictis, dictæ Excommunicationis Sententiam per alios decem dies illius denunciationum immediatè sequen. pertinacitèr substinuerint, nos ex tunc, quia crescente inobedientia cresceere debet, & pæna, nè facilitas pænæ audaciam tribuat delinquentibus, Processus nostros huiusmodi

aggre-

aggrauamus, dd. subdelegatis nostris, & forma inemissis præ-
cipientes, quatenùs singulis diebus Dominicis, & Festiuis in
suis Ecclesijs, Monasterijs, & Cappellis infra Missarum, &
aliarum Diuinarum horarum solemnia dictæ excommunica-
tionis denunciationem reiterando, & innouando, contradi-
ctores, & Rebelles prædd., & eorum singulos sic vt præfertur
excommunicatos nominatim campanis pulsatis, candelis ac-
censis, & demùm extinctis, & in terram proiectis, Cruce ere-
cta, & Religione inducta, aquam benedictam aspergendo ad
fugandos Diabolos, qui eos detinent sic ligatos, & laqueis
suis suis catenatos orando, quod Dominus Noster Iesus Chri-
stus Cusos ad Catholicam Fidem, & S. Matris Ecclesiæ gre-
mium reducere dignetur, nec eos in eorum peruersitate, &
Cordis duritia dies suos finire permittat cum decantio Re-
sponsorij reuelabunt Cæli iniquitatem Iudæ, & Psalmi Deus
Laudem meam ne tacueris, & Antiphonæ media vita in
morte sumus totalitèr, & his expletis vnà cum Clericis, &
Perochianis incedant ad Ianuas suorum Ecclesiarum, & ad
terrorem, & vt eo citiùs ad obedientiam redeant tres lapides
aduersus Domos, & Gospitia habitationum suorum proyciant
in signum maledictionis æternæ, quam Deus &c. Absolutio-
nem verò in præmissis nobis, vel Superiori Nostro tantum-
modò reseruamus. In quorum omnium, & singulorum præ-
missorum fidem has præsentes fieri, & per Notarium nostrum
frascriptum subscribi, & publicari, mandauimus sigilloque in
similibus vti soliti iussimus, & ferimus impressione muniri.
Datum Romæ in Palatio Bpostolico Quirinali, & in ædibus
Sacræ Rotæ in quibus Iura reddi solent de mane hora Audien-
tiæ Causarum solita, & consueta ad Iura reddendum, & Gau-
sas audiendum nobis inibi pro Tribunali seden. sub anno à
Natiuitate D.N. Iesu Christi 1716. Indictione nona die verò
tertia mensis Iulij Pontificatus autem Smi in Christo Patris,
& D.N.D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ Vndecimi an-
no detimn sexto &c.

Serenissimo, Potentissimo, Inuictissimo, & Catholico Principi, & D. D. Philippo Quinto, Hyspaniarum Regi, aliorumque Dominorum Vestrorum Diuina fauente Clementia felicis prosperitati. augumentum, necnon Illustrissimis & Reueren-dissimis DD. Nuntio Apostolico, Archiepiscopo Toletan. &c. Ansaldus de Ansaldis I. V. D. Sanctissimi D. N. Papæ Cappel-lanus, & ipsius Sac. Palatij Apostolici Causarum, ac Sac. Ro-tæ Romanæ Decanus, &c. Noueritis, quod aduersus retro-scriptas litteras executoriales Rotales mandatumque de im-mittendo ad possessionem Canonicatus, & Præbendæ in Ec-clesia Primitiali Toletan. vacat. per obitum Ioannis Roman
de

S

Aliæ litteræ exe-quutoriales de-cretæ à bo. mem. Ansaldo.

de la Fuente, & de quo agitur ad fauorem retroscripti Illustrissimi Domini Canonici Iosephi Fernandez de Iubera prouisi Apostolici Principalis pro parte, & ad Instantiam retroscriptorum Reuerendissimi Capituli, & Illustrissimorum Dominorum Decani, & Canonicorum Primitialis Ecclesiæ Toletan. exaduersò Principalium habitus fuit recursus ad Tribunal plenæ Signaturæ Smi D.N. Papæ, propositaque Causa prodiit rescriptum, quod Causa alteri S. Rot. Auditori in plena Rota reuidenda committeretur, vt ex Commissione R.P.D. Herrera Apostolica auctoritate præsentatæ sub die 9. Ianuarij 1717. tenoris sequentis videlicet = Beatissime Pater. Dignetur S.V. Causam, & Causas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interposit., & interpositarum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, notoriæ iniustitiæ attentatorum, & innouatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum prout de Iure pro parte deuot. S. V. Oratorum Decani, & Canonicorum, Capituli Primitialis Ecclesiæ Ciuitatis Toleti à Sententia diffinitiua in prima Instantia lata per R. P. D. Lancetta S. Palatij Apostolici Causarum Auditorem ad ass. fauorem Iosephi Fernandez de Iubera prouisi Apostolici de, & super ab eo prætensa executione Litterarum Apostolicarum collationis Canonicatus in ea dicta Ecclesia postposito adimplemento statuti ipsius Ecclesiæ Metropolitanæ à Sede Apostolica specialiter confirmat., & complemento probationum puritatis sanguinis ab eodem expressarum, & requisitarum, rebusque alijs &c. vna cum omnibus suis inciden. dependen., emergen., annexis, conexis totoque negocio Principali, ac quam, & quas alicui alteri Sac. V. Palatij Apostolici Causarum Auditori, seù Locumtenenti audien. cognoscen., deciden., fineque debito terminan., committere, & mandare cum facultate citandi d. Aduersarium omnesque alios quos opus fuerit etiam per Edictum publicum constito de non tuto accessu, illisque, & quibus videbitur sub Sententijs Censuris, & penis inhiben. Contradictores in ea seruata forma Concilij Tridentini incidisse declaran., aggrauan., reaggrauan., auxiliumque Brachj secularis inuocan., aliaque facien., dicen., geren., exercen., & exequen. quomodolibet necessaria, & opportuna præmissis, Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis stylo Palatij, & Curiæ ceterisque contrarijs non obstan. quibuscunque statum &c. prò plene &c. vel si magis placet committatur alicui alteri ex V.S. Palatij Apostolici Causarum Auditoribus siuè Locumtenenti, qui ad legitimam executionem procedat sin minus per Causam appellationis cognoscat = De Mandato Sanctissimi D. N. Papæ audiat Magister Ioannes citet inhibeat procedat, prout in

T
Narratur recursus habitus per Rmum Decanum ac Capitulum ad Signaturam Iustitiæ quodque obtinuerunt committi causam appellationis cum clausula alteri qui ad legitimam.

V
Tenor Commissionis impetratæ à Signatura per Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Toletanæ directæ bon:mem: Ansaldo.

in secunda parte petitur, & I. F. = P. Cauccius Registratarius= placet D. N. P. de secunda parte F. Cardinalis Spada = Et huiusmodi Commissionis vigore nonnullis Iudicialibus inter Partes gestis, ob superuentam Turni Rotalis mutationem fuimus nos in hac Causa loco d. R. P. D. Herrera subrogati, & coram Nobis transportatis, seù Iudicialiter repetitis actis prioris Instantiæ alijsque gestis, & actitatis requisiti ad Instantiam d. R. D. Canonici Iubera Principalis particulare dubium præinsertæ Commissioni conforme, *An scilicet sit procedendum ad legitimam executionem retroscriptarum Litterarum Executorialium, & mandati de immittendo*, & re plenarie discussa prodijt resolutio eidem D. Canonico Iosepho Fernandez de Iubera Principali fauorabilis ex Iuribus, & rationibus contentis, & expressis in Decisione per nos desuper extensa infrascripti tenoris videlicet.

A A *Refertur Dubij disputatio, & illius resolutio.*

Rmo P. D. ANSALDO DECANO.
Toletana Canonicatus.
Ven. 13. Martij 1717.

B B *Tenor Decisionis bon: mem: Ansaldi.*

Alphonsus Fernandez, qui de anno 1541. 1544., & 1551. *in Hispanijs Sac. Inquisitionis Secretarij munere fungebatur, Processum compilauit contra Ioannem Torres, Gabrielem Torres, illiusque Patrem, & Ioannem Torres Ciues Seguntinos, qui omnes odibili Iudaismi Crimine Conuicti per Sac. Inquisitionis Tribunal ad ignem condemnati fuere; Hoc interim, quod dictus Alphonsus criminosum hunc processum conficiebat de anno* 1546. *nuptias contraxit cum Anna Molina filia Alponsi Molina, & Isabellæ Torres originem suam ducentis à Loro Aquauiuiæ, in quo inter primarias, & nobiliores reputabatur familias, semperque tanquam præstanti nobilitate præclari, nullaque Iudaismi macula deturpati eorum Descendentes prò nobilibus vbique Gentium, & Locorum reputati fuere, taliter quod vacato de anno* 1712. *&c.*

Sequitur tenor decisionis.

Et ita Canonico tantum Informante, Capitulo verò frustra dilationem petente, vtpotè multiplicibus intimationibus lacessito resolutum fuit = Post extensionem autem præinsertæ nostræ Rotalis Decisionis iterum reproposita Causa in plena Rota, & vtriusque Partis rationibus, & Causæ meritis ad trutinam reuocatis, agnitaque Iustitia prædictarum Litterarum executorialium, & mandati de Immittendo fauore d. R. D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis per d. R. P. D. Lancettam relaxat. resolutum fuit prò Causæ huiusmodi expeditione, qua propter seruatis omnibus, & singulis de Iure, & stylo seruari solitis, & consuetis, nec non

C C *Refertur Decretum expeditionis Causæ.*

prò

prò parte, & ad Instantiam dicti Illustrissimi Domini Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis citato personaliter coram Nobis, & de mandato nostro Domino Josepho de Cappuccinis exaduerso Procuratore dicti Reuerendissimi Capituli, & Illustrissimorum Dominorum Decani, & Canonicorum Primitialis Ecclesiæ Toletanæ exaduerso Principalium ad diem infrascriptam, illa adueniente, & comparente in Judicio legitimè coram nobis Domino Vito Angelo Caualletto supradicti Domini Canonici Josephi Fernandez de Iubera Principalis Procuratore, & pro dicto suo Principali instante, quatenus in executionem præinsertæ Decisionis Rotalis, ac rescripti Sacræ Rotæ pro expeditione, vt præfertur, editi, Mandatum de procedendo ad legitimam executionem retroscriptarum Litterarum Executorialium Rotalium, Mandatique de immittendo ad possessionem Canonicatus, & Præbendæ, de quo agitur per dictum R. P. D. Lancettam fauore dicti Domini Canonici Iosephi Fernandez de Jubera Principalis decret., & relaxat., nos dignaremur decerni, & relaxari, prout debita cùm Instantia postulauit. Nos itaque Ansaldus de Ansaldis Sacræ Rotæ Decanus, Iudexque prædictus attendentes &c. Datum Romæ &c. Anno à Natiuitate &c. 1717. die verò 5. &c. Iulij &c. Pontificatus &c.

DD *Tenor Decreti interpositi à bo: me: Ansaldo prò executione Sententiæ, & exequutorialium Rmi Decani.*

Sequitur tenor Litterarum Exequutorialium decretarum à bon. mem. Ansaldo.

EE *Tenor Exequutorialium decretarum à Rmo Corio Ponente.*

Serenissimo, Potentissimo, Inuictissimo, & Catholico Principi, & Domino Domino Philippo Quinto, Diuina fauente Clementia Hispaniarum &c. Regi, aliorumque Dominiorum vestrorum felicis prosperitatis augumentum, necnon Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Nuntio Apostolico, Archiepiscopo Toletan., ac Archiepiscopis, & Episcopis vicinioribus, cæterisque aiijs, & singulis in retroscriptis Literis Exequutorialibus, Mandatoque de immittendo ad possessionem Canonicatus, & Prebendæ, de quo agitur, ac Mandato de procedendo ad legitimam executiouem per RR. PP. DD. Lancettam, & Ansaldum fauore Illustrissimi Domini Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis decret., & relaxat., & expedit. expressis, nominatis, atque contentis, & eorum cuilibet insolidum, & præsertim Reuerendissimo Capitulo, ac Illustrissimis Dominis Decano, & Canonicis Primitialis Ecclesiæ Toletan. exaduerso Principalibus, omnibusque alijs, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur

tur, & quacumque præfulgeant dignitate, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ Litteræ peruenerint, seù præsentabantur.

MARCELLINVS CORIVS J. V. D. Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cappellanus, & ipsius Sacri Palatij Apostolici Causarum, ac Sacræ Rotæ Romanæ Auditor subrogatus in locum R. P. D. Herrera eiusdem Sacræ Rotæ Auditoris, & Iudicis Commissarij, & in Causa, & Causis, ac partibus infrascriptis specialitèr, & expresè deputatus &c. salutem in Domino &c. & nostris huiusmodi, imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis.

F F

Refertur quod non obstantibus prædictis Literis Exequtoriaribus Rmi Decanus, & Capitulum obtinuerunt ex Decreto Auditoris Sanctissimi nouam Causæ commissionem cum clausula Alteri qui adulteriorem legitimam.

Noueritis, quod relaxatis per Reuerendissimum P. D. Ansaldum sub datum Romæ quinta Iulij 1717. seu &c. Litteris executorialibus Rotalibus, Mandatoque de procedendo ad legitimam executionem Litterarum Executorialium Rotalium, Mandatique de immittendo ad possessionem Canonicatus, & Præbendæ in Primitiali Ecclesia Toletan. vocat. per obitum Ioannis Roman de la Fuente fauore Illustrissimi Domini Canonici Iosephi Fernandez de Jubera Inquisitoris Sanctæ Inquisitionis Regni Murſiæ de dicto Canonicatu, & Præbenda auctoritate Apostolice prouisi Principalis decretarum, & relaxatarum per Reuerendissimum P. D. Lancettam eiusdem Sacræ Rotæ Auditorem, & modò Decanum sub datum Romæ 3. Iulij 1716. seù &c. ad quas, & quod &c. prouocantibus prædictis Illustrissimo Capitulo, Decano, & Canonicis Primitialis Ecclesiæ Toletan. exaduerso Principalibus, *executio prædictorum Executorialium Rotalium, Mandatique de immittendo, & procedendo ad legitimam executionem, vt præfertur per dd. Reuerendissimo PP. DD. Lancettam, & Ansaldum decret., & relaxat. protracta fuit in æuum, ac dilata per multos, diuersosque recursus, & signantèr ad Signaturam Gratiæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ*, eo sub prætextu, quod dicto Domino Canonico Iosepho Fernandez de Iubera deficerent probationes puritatis Sanguinis à Statuto Ecclesiæ Toletan. requisitæ, alijsque de causis in infra inferendis Decisionibus latiùs expressis &c. donec tandem ex Decreto R.P.D. Auditoris eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ relaxata fuit Commissio Apostolica authoritate præsentata R. P. D. Herrera eiusdem Sacræ Rotæ Auditori sub die 10. Septembris 1722. manu eiusdem Sanctissimi his præcisis verbis =

Placet M.A.

Signata cum clausula = Alteri qui vlteriorem legitimam executionem = & prout latiùs in ea, tenoris sequentis, videlicet =

BEA-

GG

Tenor tertiæ Commissionis impetrata à Rmis Decano, & Capitulo signatæ manu Sanctissimi.

BEATISSIME PATER.

Prouiso per S. V. Prædecessorem Josepho Fernandez Iubera Aduersario de Canonicatu Metropolitanæ, & Primatis Ecclesiæ Toletanæ per obitum vacan., assumptoque pro exequutione litterarum Apostolicarum desuper expedit. per Aduersarium Processu coram Capitulo, & Canonicis S. V. Oratoribus super iustificatione puritatis sui sanguinis descendentia scilicet ab antiquis Christianis, nulla Hebreorum, aut Saracenorum, seu Hereticorum macula infectis, prout exigunt, & disponunt Statuta eiusdem Ecclesiæ authoritate Apostolica confirmata, nominem esse admittendum ad Canonicatus, & cætera Beneficia Capitularia, nisi prius ex Informationibus capien. constiterit de puritate sanguinis, & qualitate prædicta prouisi petentis admitti; Cum ex Informationibus, & Processu assumptis de puritate sanguinis Aduersarij non constiterit, imò de ea plurimum foret dubitandum, tùm ex depositionibus Testium, tùm ex quo apparuerit alias à Collegio Maiore S. Idelphonsi Vniuersitatis, & Ciuitatis Complu-ten., seù de Arcala de Henares, & à Collegio S. Crucis Ciuitatis Vallisoleti haben. similia Statuta exigentia sanguinis puritatem in admittendis ad eadem Collegia fuisse ob sanguinis impuritatem, & descendentiam ab infectis reiectos circa annum 1645. Hieronymum Iamon Consanguineum, & circa num 1680. Iosephum Fernandez Iubera Sen. Patruum Aduersarij, prout antea de anni 1541., 1544., & 1551. seu &c. fuisse condemnatos in Tribunali S. Inquisitionis, tamquam infectos Hebraismo, & prædicta Sanguinis impuritate quosdam de Familia Torres appositis Tabellis illorum condemnationis publicè in Cathedrali Seguntina, atque inter Ascendentes dicti Aduersarij reperiri Isabellam Torres eius Tritauam, seù quintam Auiam, librosque Parochialis Ecclesiæ Seguntinæ, & Terræ Acquauiuæ fuisse præteritis temporibus transportatos ad idem Tribunal Sac. Inquisitionis; In Processu autem prædicto coram Capitulo, & Informationibus expletis super puritate Sanguinis Aduersarij fuisse omissas diligentias in recognoscendis Informationibus, & probationibus factis in dd. Collegijs circa reiectionem Patrui, & Consanguinei Aduersarij, nec non libris dd. Parochialium, ac Tabellis prædictorum condemnatorum, nonnullisque Instrumentis, & Testamentis suspectis de legalitate, alijsque probationibus, ad quæ Testes se referunt, itemque in certificando originem dictæ Isabellæ Torres à Ciuitate Seguntina, vel Terra Acquauiuæ, & quorum accuratè recognitione constitisset de puritate, vel impuritate sanguinis Aduersarij, prout exigunt Statuta Metropolitanæ prædictæ, antequam quis possit admitti ad

illius

illius Canonicatus exindè Capitulum, & Canonici S. V. Oratores re maturè discussa per Capitula rem resolutionem declararunt, & decreuerunt, probationes non esse completas, nec satisfactum Statutum, aduersùs quam Capitularem resolutionem Iustitiæ, & Statuto consonam Aduersarius sub insubsistenti præsupposito, quod Capitulum ipsi detrectauerit, seù denegauerit possessionem Canonicatus, impetrauit commissionem manu Prædecessoris S.V. signatam, directam Sac. Rotæ super exequibilitate suarum litterarum Apostolicarum, prosequutaque Causa in prima Instantia coram R. P. D. Lancetta postposita discussione defectus complementi probationum super puritate requisita à Statuto reportauit Sententiam diffinitiuam eumdem Aduersarium esse admittendum ad Canonicatum, & exequendas litteras Apostolicas illius prouisionis; & qua Sententia appellantibus Capitulo, & Canonicis Oratoribus comissa extitit per Signaturam Iustitiæ Causa R. P. D. Ansaldo cum clausula alteri qui ad legitimam &c. cumque ijsdem Oratoribus plurium intersit obseruantia suorum Statutorum, eorumque legitimam intelligentiam super puritate admittendorum in eis gremium dilucidatam remanere, nè contra illorum formam Ecclesiæ decorem, & publicam quietem, ad quod sunt directa quis admittatur, qui tractum temporis impurus, & sanguine infectus apparere possit litteras compulsoriales Rotales coram dicto R. P. D. Ansaldo expediuerunt, supplendo onus probationum incumbens Aduersario, illarumque vigore assumpto in Partibus prò Indice compulsoriali Nicolao Peralta Prothonotario Apostolico iam Vicario Ecclesiastico Villæ Matriti institerunt Iura ad Causam facien. compulsari, & compelli Collegia prædicta Sancti Idelphonsi, & S.Crucis ad exiben., & eden. Processus, & probationes super prætensa admissionn ad ipsa Collegia dd. Hieronymi Iamon, & Iosephi Fernandez Iubera Sen. Consanguineorum Aduersarij, eorumque reiectione ob proprij sanguinis impuritatem, sed eadem Collegia, eorumque Superiores (intimatione, & opera, vt credere est d. Iosephi Aduersarij) renuerunt parere præcepto, & decretis, etiam sub censuris Iudicis compulsorialis, & recusarunt Processus, & probationes huiusmodi exhibere sub prætextu suorum assertorum Statutorum à Sede Apostolica confirmat., & Iuramenti per eorum Collegiales desuper præstari soliti de non reuelando, & seruando secretum; Interim verò Aduersarius sollecitauit propositionem, Causæ coram R.P.D. Ansaldo prò confirmatione Sententiæ in præcedenti Instantia latæ per R. P. D. Lancettam; ipsoque tantùm informante, & præuia vnica Decisione decretum diffinitiuum pro executione eiusdem

Sen-

Sententiæ R. P. D. Lancettæ, & suarum Litterarum Apostolicarum promulgari curauit; Quapropter Capitulum, & Canonici Oratores vndique grauati habuerunt recursum ad Signaturam Iustitiæ prò commissione appellationis ab eodem decreto R.P.D. Ansaldi, & ad S. V. Prædecessorem prò opportuno remedio super compulsatione dd. Processuum, & probationum à præfatis Collegijs, aliorumque Iurium, qui præuio rescripto Congregationis Signaturæ Gratiæ emanato citatis, & informantibus, tàm dicto Iosepho Aduersario, quàm dd. Collegijs etiam Aduersarijs per specialem commissionem directam R.P.D. Ansaldo, ac etiam per Breue separatum concessum mandauit procedi ad compulsationem Iurium, de quibus agitur, ac cogi, & compelli Collegia, eorumque Superiores, & alios, quibus spectat ad exiben., & compulsan. Processus, & probationes circà reiectionem à Collegijs dd. Consanguineorum etiam auctoritate Apostolica confirmatis, & iuramento per illorum Collegiales de non reuelando, & seruando secretum non obstantibus. Verùm quià adhùc renuerunt Collegia easdem probationes, & Processus exibere, & compulsare, non attentis censuris ad eumdem effectum relaxatis per Iudicem compulsorem, ac reiteratis Instantijs, & diligentijs Capituli, & Canonicorum S. V. Oratorum, plurimaque impedimenta de facto desuper præstiterunt, etiam per recursum ad Iudices Laicos, indeque tàm illorum, quàm aliorum etiam Iurium ad causam facien. compulsatio retardata remansit, quæ cùm sit necessaria prò recognoscenda puritate, vel impuritate sanguinis Aduersarij in adimplementum Statuti Ecclesiæ, & pro complemento desuper probationum; Ideò Capitulum, & Canonici Oratores humiliter supplicant S. V., quatenùs dignetur causam appellationis, & appellationum per ipsos interposit., & interpositarum à decreto diffinitiuo, vt suprà in secunda Instantia prolato per R.P.D. Ansaldum, necnon nullitatis, & nullitatum, attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac restitutionis in integrum, proùt de Iure vna cùm omnibus inciden., dependen., emergen., annexis, & connexis, totoque negocio principali, ac quàm, & quas &c. alicui alteri Sac. Rotæ Auditori, seù Locumtenenti cùm clausula qui ad vlteriorem legitimam &c., & cùm facultate procedendi, proùt Iuris fuerit ad exequutionem Breuis, & literarum Compulsorialium prædictarum, effectiuamque Iurium ad causam facien. compulsationem, ac probationem complementum, necnon compellendis censuris, & pœnis Ecclesiasticis, alijsque Iuris remedijs Collegia prædicta S. Idelphonsi, & S. Crucis, eorumque Superiores, & Mi-

& Ministros, ipsumque Iosephum Iubera Aduersarios, & alios quoscumque, quos tangit, & proùt Iuris fuerit ad exibendum Processus, probationes Iura, & documenta quælibet Causam huiusmodi concernen. ad effectum recognoscendi, & compulsandi, ac proùt de Iure opportunè desuper prouidendi, audien., cognoscen., deciden., fineque debito terminan. committere, & mandare, necnon cùm facultate citandi eosdem Iosephum Fernandez Iubera, & Collegia prædicta, ac illorum Superiores, & Ministros Aduersarios, omnesque alios &c. etiam per Edictum publicum constito Summarie &c. de non tuto accessu, illisque, & quibus videbitur inhiben. etiam censuris, & pœnis Ecclesiasticis eius arbitrio imponen., aggrauan., reaggrauan., & moderan., inuocato etiam, si opus fuerit Brachij Sæcularis auxilio, seruata tamèn forma Sacri Concilij Tridentini, ac procedendi summariè, & simpliciter, proùt in Beneficialibus singulis diebus, & horis, præter quàm in honorem Dei feriatis Oratores aduersus lapsum fatalium rem iudicatam, aliaque præiudicialia in integrum, proùt de Iure restituendi, attentata, & innouata quæcumque in primis, & antè omnia, etiam proùt de Iure reuocandi, & purgandi, aliaque facien., dicen., geren., & exercen. in præmissis, & circà ea quomodolibet necessaria, & opportuna Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stylo Palatij, & Curiæ cœterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque statum &c. prò plenè &c. = De mandato Sanctissimi Domini Nostri Papæ audiat Magister Ioannes citet etiam per Edictum inhibeat etiam sub censuris procedat, vt petitur, & I. F. P. I. Cauccius Regens = Placet M. A. = Verùm cùm vigore præinsertæ commissionis quamplura inter Partes agitata fuerunt iudicialiter coram R.P.D. Herrera, atque itidem producta in actis infrascripti nostri, & causæ huiusmodi Notarij quamplura documenta, Iura, & Processus hinc indè causam, & causas huiusmodi, meritaque illius tangen., & concernen., Nos in locum d. R. P. D. Herrera ad Episcopatum Seguntin. promoti subrogati fuimus in hac causa, proindeque iudicialiter siquidem repetitis coram Nobis actis priorum Instantiarum, ac in præsenti factis, Iuribusque, documentis, & Processibus prædictis, alijsque inter Partes actitatis, & de more gestis ad requisitionem prædicti Domini Canonici Iosephi Fernandez de Iubera particulare Dubium præinsertæ commissioni conforme videlicèt = *An sit procedendum ad vlteriorem legitimam executionem superius dd. Literarum Executorialium Rotalium mandatique de immittendo ad possessionem* = supradictis Canonicatus, & Præbendæ, ac mandati de procedendo ad legitimam exe-

HH
Refertur fuisse concordata duo dubia primo= An sit procedendũ ad vlteriorem legitimam executionem =

executionem per præfatos RR. PP. DD. Lancettam, & Ansaldum respectiuè fauore d. D. Can. Iosephi Fernandez de Iubera Princ. dec., & relax.; & aliud dubium ad requisitionem dd. Rmi Capituli, Decani, & Canonicorum Primitialis Ecclesiæ Toletan; = *An scilicet sit concedenda compulsoria specialis* - In plena Rota die 11. Ianuarij proximè præteriti contemporaneè proposuimus, & vtroque dubio ibidem ad planum, & maturè discusso DD. Aduocatis, & Procuratoribus vtriusque Collitigantis, tùm in voce, quam in scriptis informantibus prodijt resolutio prædicto D. Canonico Iosephp Fernandez de Iubera Principali in omnibus fauorabilis, nempè procedendum esse ad vlteriorem legitimam executionem prædictarum Litterarum exequutorialium, mandatique de immittendo, & mandati de procedendo ad legitimam executionem per dd. Reuerendissimos PP. DD. Lancettam, & Ansaldum respectiuè directum, & relaxatum, & compulsoriam specialem prò parte Reuerendissimi Capituli, Decani, & Canonicorum expetitum non esse concedendam ex Iuribus, & actionibus contentis, & expressis in Decisionibus per nos desuper extensis, quarum tenor est infrascriptus, videlicet = *R.P.D. Corio = Toletana Canonicatus Lunæ 11. Ianuarij* 1723. = Post duo iudicata Rotalia ädita super executione Litterarum Apostolicarum, quas super prouisione Canonicatus in Primitiali Ecclesia Toletana, tamquam de reseruato, reportauerat vsque ab anno 1709. Ioseph Fernandez de Iubera; alterum scilicet Reuerendissimi D. mei Decani, & alterum bo. mem. Ansaldi, præuijs de more Decisionibus euulgatis prima Iulij 1716., & 13. Martij 1717., Defensores Capituli, qui occasione signantèr petendi nouam audientiam, inito licet conatu strenuè tamen Iura sua deduxerant prò retardatione executionis dictarum Litterarum ex capite impuritatis sanguinis ad præscriptum Statuti Ecclesiæ, super qua coram eodem bonæ mem. Ansaldo compulsorias generales præcedentèr obtinuerant, non modicum tempus consumpsere in diuersis recursibus, & signantèr ad Signaturam Gratiæ, à qua, & si vsque ab anno 1718. rescribi obtinuerint pro facultate compulsandi quosdam Processus aduersùs Collegia S. Ildephonsi, & Sanctæ Crucis, non obstante juramento, quo eadem Collegia obstricta erant de non patefaciendo, sub præfixione tamen termini sex mensium, nihilominùs hùc vsque res inutilitèr protracta fuit, mediantibus pluribus prorogationibus, post quas demùm cum ex decreto R.P.D. Auditoris Sanctissimi Causæ commissio directa fuerit Reuerendissimo P. D. Herrera cum clausula = Alteri qui ad vlteriorem legitimam = Ego in illius locum subrogatus duo subscripsi Dubia, alterum

II
Et aliud ad instantiam Capituli An sit concedenda compulsoria specialis.

KK
Refertur resolutio vtriusque dubij

LL
Tenor decisionis editæ coram Rmo Ponente die 11. Ianuarij 1713. super dubio principali.

An

An sit concedenda compulsoria specialis, de quo in contemporanea mea Decisione, alterum eidem Commissioni conforme super negocio principali = cui responsum extitit = Procedendum esse ad vlteriorem = ob compertam præcedentium Iudicatorum Iustitiam super Litterarum Apostolicarum executione, quæ cum fuerint in forma gratiosa expeditæ, sibi celeriùs promærebantur executionem ex passim firmatis per *Rot. in Senogallien. Canonicatus 29. Ianuarij 1706. §. Siquidem coram bonæ memoriæ Ansaldo, & in Colonien. Canonicatus 26. Februarij 1720. §. Quandoquidem coram me* = Quin ad offuscandam iustitiam quicquam profuerit obiecta impuritas sanguinis ex Statuto Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ apta quoque retardare admissionem Prouisi Apostolici, super qua Defensores Capituli licet super hoc Dubio informare dissimulantes, occasione tamen alteriùs Dubij super compulsoria ingenti mole 147. §.§. nil intactum, quod excipi viriliter valuisset, relinquerunt. Nam cum ex Processu informatiuo per Canonicum Commissarium compilato neutiquam resultet asserta probatio impuritatis, id vnum sufficeret, nè sub hoc prætextu excludi ampliùs valeat Ioseph, cui probè suffragatur Iuris præsumptio pro puritate assistens ad firmata per *Ricciul. de Neophit. cap. 7. num. 22., Rota coram Mantic. decis. 274. num. primo, & in Recent. decis. 166. num. 38. par. 1., & decis. 182. num. 2., & decis. 185. & 196. per tot. eadem par. 1., Duran. decis. 131.*, cumque ideò ad terminos Statuti opus non est probare puritatem, sed exuberat, quod ex Informatione capta per Capitulum, cui spectat onus probandi, non constet de macula infectionis adeò, vt exindè statim dicatur probata puritas, vt in specie probat *Loeter. de re benefic. lib. 2. quæst. 63. à num. 41. vsque ad num. 104., Card. Alb. de inconst. in Iud. cap. 25. num. 148. cum pluribus sequentibus*, & seruata Littera, spiritu, & ratione Statuti constat semper fuit sensus nostri Auditorij, vt videre est *coram Mantic. dicta decis. 274. num. primo, & decis. 307. per totam coram Seraphin. decis. 50. coram Coccino decis. 68. vtrobique, seù per totam coram Merlino decis. 368. num. 6. coram Ludouis. decis. 455. num. 15., & decis. 498.*, iuncto themate, & latissimè *in Recent. decis. 167. à num. 31. ad finem decision. 186. à num. 4. ad 9.; & decis. 196. per tot. par. 1.*, quæ omnes prodierunt super interprætatione huius Statuti Toletani.

MM

Probat decisio, quod quoties ex processu informatiuo facto per Canonicum Commissarium non resultet plena, & concludens impuritatis probatio non poterat excludi à possessione Canonicatus.

NN

Ex formo Statuti Ecclesiæ non requiritur probatio puritatis, sed sufficit, quod ex processu non constet de impuritate.

Quæ si indubitanter procedunt fortiùs obtinere debent in casu, quo ex Processu informatiuo, nedùm non constat de aliqua, licèt minima macula impuritatis, sed immò plena puritatis probatio resultat ex depositionibus 60., & vltrà Testium, aduersùs quos testantes de nobilitate, & puritate Sanguinis Iosephi, eiusque omnium Ascendentium, vtpotè à Canonico Com-

OO

Probat decisio, quod ex Processu informatiuo, non solum non constat de aliqua minima macula im-

puritatis, sed potius resultabat plena puritatis probatio.

Commissario examinatos ad sui complacentiam, ac sine vlla Iosephi citatione, & partecipatione, aut scientia, *Escobar. quæst.6. §.7. num.22.*, facilè datum non est, exceptiones proponere, vt in puncto respondit *Rot. coram Mantic. decis.285., & in Recent. decis.277. num.3. par.2.*; Quapropter inaniter obijcebatur quoad illos octo examinatos in Terra Acquauiuæ, quod non forent attendi, ex quo Iosephum sub ea tantùm ratione qualificauerint, quod nihil sciuerint, aut dicere audiuerint de eius impuritate; Omisso enim, quod certo certiùs exindè non resurgeret vlla impuritatis probatio, quæ ex firmatis à Capitulo concludi debuisset præcisius vrget, quod immò ex præfata depositione, ex qua affirmatiuè prò nobili qualificatum apparet cognomen Familiæ Torres illius Loci rectè oriri valet puritatis probatio, quæ de cætero ex sola communi reputatione, omnisque in contrarium rumoris exclusione ritè concluditur, vt pluribus adductis in specie propugnat, ac late tuetur *Carleual. de Iudic. libr.2. disput.3. num.38., & per tot., Rot. coram Mantic. decis.317. num.1., & 3.*

PP
Probat Decisio, quod Testes examinati in Terra Acquauiuæ etiam probabant puritatem.

QQ
Probat, quod etiã Testes examinati in Villa Matriti probant puritatem Familiæ.

Potissimùm quia eisdem cohærenter adstipulantur, tùm alij 17. Testes examinati in Villa Matriti, qui insubsistenter hodiè redarguebantur sub obtutu, quod nullam habuerint notitiam lineæ Paternæ Iosephi, quando eorum examen in littera præferebat dicti Iosephi puritatem, eiusque omnium Ascendentium, tàm ex linea Paterna, quàm Materna, & quando id ipsum expresse testatus fuit Canonicus Commissarius, qui omittendo transcribere depositiones septem Testium inquit = *E tutti dissero vniformemente, e nella medema conformità, che quelli esaminati in scriptis, dando buona ragione, e conto nelle loro deposizioni di detto Giuseppe de Quignones do Medina, & altri per le notizie di questo, e della natiuità del Pretendente, e delli suoi Genitori, & Aui Paterni, e Materni, come della sua purità di sangue, e qualità* = Tùm & alij in ingenti numero 30. examinati in Ciuitate Seguntina; qui omnes testati sunt de puritate, & nobilitate Familiæ Pronisi exceptis; duobus, qui in nihilo attendi debent, siuè quia conquassantur à tot alijs numero pluribus, vt generalibus omissis in terminis probat *Carleual. de Iudic. tit.2. disput.3. ex num.35. ad 38., & per tot.* & aduertit *Decisio Reuerendissimi Decani §. Nequè vlla, & bon. mem. Ansaldi §. Quin obstare*, siuè etiam quia eeponunt de rumore infectionis non coustanti, dùm alter ipsorum testatur de solo auditu à Canonico Retuerta, quod Familia Isabellæ de Torres quintæ Auiæ Iosephi fuerit à Sacra Inquisitione Conchen. de annis 1541., & 1544. pænitentiata, alter autem

RR
Respondetur duobus Testibus examinatis in Ciuitate Siguntina.

tem nihil deponit, quàm de simplicibus colloquijs habitis cum Benedicto Martinez, & dicto Canonico Retuerta, qui de infectione huius Familiæ suspicabantur, vnde non est, quod minimum probationis gradum possint attingere, statim ac ipsimet ingenuè referunt, quod ipse Canonicus Retuerta fatebatur = *Che la verità di quello realmente era non lo poteua sapere, perche non aueua inteso dire, che la detta Isabella Torres fusse stata penitenziata nella sua persona, mà ne tampoco poteua discernere, se era Descendente, ò Figlia, ò Nipote delli Torres, che si conuertirno l'anno* 1492., *che seguì l'espulsione degl' Ebrei*, nè aliàs credatur Testibus de auditu ab eo, qui veritatem facti ignorare profitebatur, vt probat *Decisio bon. memor. Ansaldi* §. *Nihilominùs*, & conferunt deducta per *Escobar. de Sang. purit. par.*1.*quæst.*12.§.4.*num.*23., vbi quod sola auditus probatio non attenditur, cum alijs in specie per *Rot. coram Pænia decis.*821. *num.*6.

Quod si Iuris præsumptioni comes accedens tot Testium depositio indubitatam reddere videntur puritatis probationem, huic desuper non modicam vim adaugent tot sequentes positiui Actus, per quos constat, Ascendentes Iosephi plusquam longè vltra Sæculum continuò admissos fuisse ad Canonicatus, Dignitates, & Officia honorifica Status Nobilium in Ciuitate ab annis 1516. in Collegio Lucen., & Ecclesia Oxomen., in quibus rigorosa puritatis Statuta vigent, & seruantur non enim negari potest, quod constans fama puritatis, de qua, vt supra Testes deposuerunt, tot positiuis Actibus, præuijs rigorosis probationibus legitimè editis magis clarè fulciatur ex animaduersis per *Escobar. de puritat. part- prima* §. 8. *num.*28., *Parexa de ædit. Instrum. titul.* 10. *resolut.* 4. *numer.*24., *& sequent.* = *Indeque est, quod horum, se conspectu in nihilo attendi valeant duo negatiui actus Collegij S. Idelphonsi, quod de anno* 164*5*. *renuit admittere ad Becam honorificam* Hieronymum Iamon, & Collegij S. Crucis in Vniuersitate Vallisoletana, quod de anno 1679. non admisit Iosephum Fernandez Seniorem; Cum enim facile suasum esse nequiret, quod duo actus negatiui tot, tantisque alijs positiuis præualerent, hoc ipsum ad euidentiam assequimur inspecta rationis differentia, quod actus positiui cedi non valuerunt, nisi priuijs legitimis probationibus, quibus statuto rigoroso Puritatis fuerit satisfactum, ideoque veram Puritatis probationem præsupponunt *Rot. cor. Ludouis. decis.*498. *num.*10., *&* 18., *& coràm Coccin. dec.*58. *num.*12. Actus verò negatiui non admissionis ad Becam honorificam in Collegijs, vtpotè pendentes à probationibus sinè vlla solemnitate ad instructionem animi procuratis, & à sola voluntate Collegialium, qui in non ad-

SS
Probat Decisio, quod ex multiplicatis actibus positis huius Familiæ probata remanet puritas.

TT
Respondet Decisio, quod non obstant non admissiones ad duo Collegia S. Idelphonsi, & S. Crucis.

mittendo ex solo rumore etiam falso, vel ex alijs moueri potuerunt, vt aduertit *Escobar. de sangu. purit. part. 1. quæst. 12. §. 3. num. 46., & part. 2. quæst. 7. num. 6., Amaya in Apolog. prò Stat. Colleg. Conchen. num. 2., & seq., Amostaz. de Caus. pijs lib. 3. cap. 10. num. 32., & seq. cum allis in Decis. Reuerendissimi Lancettæ §. Cessat, & bo. me. Ansaldi §. Et sic*, nullum probationis gradum, aut adminiculum super impuritate constituunt, iuxtà communitèr firmata per *Valenzuel. cons. 90. num. 155., Gundisalu. a Villa Dieguo tit. de molest. cogn. per Inquisit. num. 8.*, & latè *Neuerol. alleg. 25. à num. 298. ad 303., Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disc. 3. per tot., Parexa de ædit. Instrum. tit. 10. resol. 4. num. 26., & seqq.*, & pleniùs *num. 28., & 36.*, & proindè obesse nequeunt Prouiso Apostolico prò cuius Jus ad rem habentis exclusione, non solus rumor, sed præcisa, & concludens probatio impuritatis requiritur, vt præter latè adductos sub §. Quin ad offuscandum distinguendo firmat *Amostaz. de Causis pijs lib. 3. cap. 10. num. 47. Rota in Pacen. Canonicatus 26. Junii 1415. coràm R. P. D. meo Falconerio, & 24. Aprilis per tot. coràm Reuerendissimo Rauennaten.* = Idque signanter locum sibi vindicare debet in hypothesi, qua non admissionem in dictis duobus actibus verè constat innixam fuisse simplici rumori, quod tunc currentes ad Becam honorificam, vel vt Descendentes ab Isabella Torres suspecti esse possent de infectione, ex quo de annis 1541., & 1544. fuerint à Sac. Inquisitione Conchen. pœnitentiati aliqui de Familia Torres Siguntina; Hic autem rumor insubsistens non minus detegitur ex eo, quod ex Processu informatiuo per Canonicum Commissarium compilato constet, binos Testes, qui tunc initium assertæ suspicionis in medium produxerunt, stimulis conscientię se retractasse, tùm ex eo, quòd immediatè ad dictam non admissionẽ Hieronymi Iamon docetur Franciscum eius fratrem præuia exactissima probatione puritatis obtinuisse declarari in Familiarem Sac. Inquisitionis, & Iosephum Fernandez Iubera non admissom iu Collegio S. Crucis de anno 1679. creatum fuisse de anno 1681. Iudicem eiusdem Sac. Inquisitionis, ex quibus coætemporaneis qualificationibus deriuantibus à Tribunali Sacræ Inquisitionis non admittente, nisi habente indubitatam sanguinis puritatem, vt benè *Escobar. de purit. sangu. part. 1. quæstion. 1. §. 8. num. 28.* omnis, qui tunc irrepsisset rumor, sublatus dicitur, vt testatur *Escobar. de sangu. purit. p. 1. quæst. 1. num. 28. Rota coràm Duran. decis. 316. num. 2., & coram Merlin. dec. 368. num. 9. in fine coràm Pœnia dec. 830. n. 1.* = Sed imò falsus manifestè redditur ex hoc solum, quod nunquam probatum fuerit, Isabellam de Tòrres, quæ est quinta

TT *Dicti actus non faciunt, neque probationem neque adminiculum*

VV *Quia rumor infectionis, propter què non fuerunt admissi in dictis Collegiis fuit deiectus falsus.*

AAA *Et quià postmodum non admissi.*

BBB *Ex quibus sublatus remansit falsus rumor.*

Auia

Auia Josephi fuisse consanguineam illorum de Torres, qui in Ciuitate Seguntina pœnitentiati extiterunt, quæ sanè probatio ab allegante impuritatem concludi omninò debuisset, optimè *Rot.coràm Seraphin.dec.50.num.1., & coràm Pœnia decis.921. num.7.*, & quidèm præcisiuè ab identitate cognominis, quæ descendentiam, seù identitatem Familiæ non probat ad theoricam *Bartol.in Leg.Demonstratio falsa num.18.in fin. ff.de condit., & demonstrat., Crauet.cons.370.n.4., Gamm. decis.Lusit.478. per tot.Cyriac.controu.281. num.29., & 33., cum aliis apud Rot.coràm Coccin.decis.2342.num.19.,20., 28., 26., & seqq., & coràm Carill.decis.190. num.14., & 15.*, & in his terminis *Rot.coràm Ludouis.decis.355.num.10., & 18.*

CCC *Et quia numquã fuit probatum, Isabellam de Torres fuisse infectorum consanguineam.*

Et nihilominùs tantum abest probationem huiusmodi vnquã fieri valuisse, vt si deficiens videri posset ex hoc solum, quod in Ciuitate Seguntina, in qua fuerunt pœnitentiati à Tribunali Sacræ Inquisitionis Conchen. illi de Torres Pharmacopulæ, plures adsunt Familiæ, Nobiles sub cognomine Torres, iuncto signantèr quod ex Genealogijs illorum quatuor condemnarorum de Familia Torres,quas ipsi met Inquisiti exhibere tenentur quoad Ascendentes, Descendentès, & Collaterales, vt testantur *Emeric. in direct.2. par. tit. de mod. interrog.* rectè *Ludouis. de Param. de orig. Inquis. lib.3. quæst.2. num.54. Valenzuel. cons.90. n. 86. Escobar. de purit. par.2. quæst.6. §.1. num. 1.* haud vnquam nominata inuenitur Isabella, vt habetur ex præclaro Testimonio Secretarij Sacræ Inquisitionis Conchen. ex mandato Supremi Concilij, cui plenè deferendum sœpiùs dixit *Rota*, & signantèr *coram Mauzaned. dec.661. num. 5., & coram Duran. dec.316. num.2. & sequen.* certò certiùs ad detegendam omnimodam erroneitatem tunc insinuati rumoris validiùs vrget, quod Isabella ascendes Iosephi haud quaquam fuit originaria Seguntina, sed quidem originaria probatur Terræ Acquauiuæ, vt habetur, tùm ex qualificatis Testibus in ingenti numero 143. examinàtis de anno 2646. quorum sexdecìm in ipsa Terra Acquauiuæ à Tribunali S. Inquisitionis Conchen., tùm ex alijs 35. Testibus examinat.ab eodem Tribunali anno 1681. tàm in Ciuitate Seguntina, quàm in d. Terra, tùm ex alijs à Commissario Toletano nupèr repetitis, quorum dicta de per se attendenda ob exuberantiam mirabilitèr fulciuntur ex antiquis Instrumentorum sex enunciatiuis, necnon pluribus Testamentorum aliorumque publicorum actuum documentis in Processu relatis, quæ deriuantiam Isabellæ à Terra Acquauiuę nil commune habentis cum Familia de Torres Seguntina sine hæsitatione, præstringunt optimè *Rot. cor. Duran. decis. 131. num. 13.*, cum alijs in *Decis. bon. mem. Ansaldi. §. Sed in vniuersum,*

DDD *Remouetnr etiam possibilitas quod Isabella de Torres petisset esse Consãguineę illorum de Torres condemnaturum t*

EEE *Probatur etiam Isabellam de Torres non fuisse natiuam Ciuitatis Siguntinæ sed natiuam Terræ Aquauinæ.*

FFF
Frustra opponüt exceptiones illegalitatis Instrumentum quotiès Canonicus Commissarius decretum interposuit pro illarum legalitate.

sum; Diuersitas quippè Patriæ, seù originis diuersitatem Familiæ connotat, vt probat *Escobar. de purit.*, *& Nobilit. par 2. quæst.15. §. 2. num. 29.* vbi concordat huiusmodi autem probatio, quæ extrà necessitatem in casu à Prouiso Apostolico deducitur, frustrà impugnari tentatur sub obtutu illegalitatis dd. Instrumentorum, quando ex Processu informatiuo constat, à Canonico Commissario, cui Capitulum plenam fidem dare tenetur ad firmata per *Escobar. de purit. p art.1. quæst.4. §.1. num.29.*, *& 39.* supèr eorum legalitate interpositum fuisse decretum, & quando prætèr tot qualificatos Testes, qui originem Isabellæ à Terra Acquauiuæ, eiusque puritatem, & nobilitatem concludunt, si alijs opus foret adminiculis, hæc præstò essent, & signantèr ex similibus Decretis supèr eorundem Instrumentorum legalitate interpositis à Sac. Tribunali Inquisitionis Conchen., & ex constanti puritatis fama, qua contemporaneè ad condemnationem dd. de Torres de anno 1541., 1544., & 1551. constat positos fuisse, tàm Isabellam, quæ diem claudens extremum tumulata docetur in Claustro Cathedralis Ecclesiæ Seguntinæ cum honorifica inscriptione, solitaque Armorum appositione coniuncta cum Insignijs S. Ecclesiæ Seguntinæ, quàm eius Descendentes, dùm Alphonsus Fernandez, qui tamquam Secretarius S. Inquisitionis Conchen, Processum confecit contra dictos de Torres pœnitentiatos, Nuptias de anno 1546. contraxit cum Anna filia prædictæ Isabellæ, & in seruitio Sac. Inquisitionis Conchen. non solum continuauit, sed etiam de anno 1551. fuit ab eodem Tribunali delegatus ad formandum Processum contra alium de Familia Torres Seguntina. De anno 1598. Dominus Petrus Salazar Nepos Isabellæ prouisus extitit de Canonicatu, & Prębenda in Ecclesia Seguntina munita Statuto puritatis, aliasquè similes prouisiones obtinuerunt de annis 1611.; & 1624., & 1036., alijsque successiuis temporibus Descendentes Isabellæ. Quippè quia fama hæc constans & proxima condemnationi dictarum de Torres in Ciuitate Seguntina; diuersitatem Familiæ Isabellæ necessariò præsupponit, & tanquam antiqua præferenda venit cuicumque rumori, qui longè postmodùm subinferri tentatus fuerit *Cande Parentela 33. quæst.6.*, *Garzias de Nobilit. glost.18. §.1. nu. 13.*, *Valenzuel. cons.92. num.191. & seqq.*, *Escobar. de Sangu. purit. par.1. quæst.2. §.2. num.5.*

GGG
Isabella de Torres fuit tumulata in Ecclesia Cathedrali cum sepultura & inscriptione honorifico.

HHH
Alfonsus Fernandez Secretarius Inquisitionis quì cōdemnauit illos de Torres infectos duxit in vxorem filiam Isabellæ de Torres.

III
Fit relatio aliorū actuum qui excludunt possibilitatem, quod Isabella de Torres potuerit esse Consanguinea infectorum,

Si itaque ex toto Processu scatet omnimoda puritas Iosephi, si qui omnes exceptiones Capituli, cui onus probandi impuritatem spectasset, clarissimè pænitùs prosternuntur, inanitèr excipiebatur, quod probationes non essent adhuc completę, sub quo insubsistenti prætextu non est vlterius retardanda litterarum po-

Apostolicarum exequutio. Eo vel maximè quia si iuxtà Pragmaticam à glo. me. Philippo IV. ad finem consulendi publico bono suorum Regnorum publicatam, quamue à sa. me. Vrbano Octauo confirmari obtinuit, habetur, quod tres actus positiui obtenti, vel à Tribunali Sac. Inquisitionis, vel à Consilio Ordinum, vel à Religione S. Ioannis, vel à Capitulo Toletano in hac materia Puritatis constituerent rem iudicatam haud retractabilem etiam per successiuam detectionem maculæ, vt latè refert *Escobar. de Sangu. purit. par.2. quæst.4. art. primo, & plur. seqq.*, vltra tot alias probationes, cum Ioseph exhibuerit non tres tantum, sed quatuor positiuos actus à Tribunali Sac. Inquisitionis deriuantes, & quidem in sui personam, qui de anno 1712. dotatus fuit familiaritate dicti Tribunalis, & postmodum creatus Inquisitor totius Regni Murtiæ; In personam Iosephi Fernandez Iubera Senioris, qui de anno 1681. renunciatus fuit Iudex Sac. Inquisitionis; Et in personam Francisci Iacton, & Rocci Fernandez descendentium à sæpefata Isabella Torres, quorum primus de anno 1646., & secundus de anno 1647., meruit pariter eligi Familiaris dicti Tribunalis Sac. Inquisitionis; vtique allegare valuisset præsidium huius rei iudicatæ à dicta Pragmatica constitutæ, quæ ex sui natura faciens de albo nigrum, rem claram, & manifestam constituit, *l. Non minorem 20. Cod. de transact.*, cum alijs generaliter adductis *in Ferrarien. Cauthelæ Angeli super Immissione 06. Iunij* 1719. *§. Destituta coram R.P.D. meo Falconerio.*

Refertur Pragmatica Philippi Quarti, quod tres Actus positiui constituunt rem iudicatam irretractabilem super Familiæ puritate.

Non attento, quod dicti Actus positiui non fuerint continuati, sed interrupti ex supranotatis non admissionibus ad Collegia S. Idelphonsi, & S. Crucis; Præter quod enim respectu ad non admissionem ad Collegium S. Idelphonsi de anno 1645. verificantur actus positiui omninò continuati, asserta nihilominùs interruptio obicem præstare nequit rei iudicatæ, quia dd. non admissiones in nihilo attendi merentur, vt superiùs probatum fuit, & de cætero regulare est, quod tres Sententiæ, quibus purificati videntur Actus positiui rem iudicatam constituant, non obstante, quod aliqua intermedia in contrarium fuerit pronunciata, vt firmant *Card. in Clem. final. quæst.6. de appell., Abb. in Clem. 1. de Sent. & reiudic., Gratian. discept.42. num.2. & seqq., Rota coram Dunoz. Iun. decis. 980. num. 12., & in Rec. decis.667. num.2. par. 19.*; Et ità leuioribus omissis, quæ insubsistenter cumulabantur responsum fuit &c.

Toletana Canonicatus super Compulsoria.

LII. *Lunæ 11. Ianuarij 1723.*

Tenor Decisionis eadem die publicatæ, qua fuit Decano, & Capitulo denegata Compulsoria.

Capitulum Ecclesiæ Toletanæ, quod vt latiùs refertur in contemporanea Decisione pro effectu detegendi asſartam impuritatem Iosephi Prouisi Apostolici iam vsque ab anno 1717 Compulsorias generales expediuerat coram bo. me. Ansaldo, & speciales obtinuerat à Signatura Gratiæ de anno 1718. ad finem compulsandi quosdam Processus Informatiuos aduersus Collegia S. Idelfonsi, & S. Crucis, in hac quoque tertia instantia Dubium subscribi curauit == *An essent concedendæ Litteræ Compulsoriales speciales* == quibus compulsare velle asserebat eosdem Informatiuos Processus, necnon probationes à D. Petro Salazar de anno 1598. occasione eius admissionis ad Canonicatum Ecclesiæ Seguntinæ, fidem Baptisinatis Isabellæ de Torres, & quasdam Tabellas Sambenitotum affixorum in Ecclesia Cathedrali Seguntina; sed DD. hodie à me interrogati negatiuè responderunt = Ratio resolutionis stetit non minus in natura priuilegiali Iudicij executiui, quo potiuntur Litteræ Apostolicæ quod si facilè non admittit huiusmodi exceptiones dilatorias, vt in specie respondit *Rota in alia Toletana Canonicatus coram Lancellott. decis. 212. num. 7. part.* [?] *Rec.*, & firmatum fuit *coram Millin. decis. 447. num. 2.*, *& in Auximana Iurispat. 21. Martii 1718. §. Eas cor. R.P.D. meo Gamaches*, eædem protinus reijciendæ videntur in casu, quo Compulsoria petitur post clausum, & completum per Canonicum Commissarium Processum, à quo vndique ſtaret puritatis probatio, post duo ædita Iudicata Rotalia, & post semel ac bis expeditas litteras compulsoriales, necnon post 12. annos à die datarum litterarum, in quibus circumstantijs validiùs obsistunt plures Iuris regulæ, quod nempè non admittantur probationes contrariæ probationibus, quas quis alias fecit, vel exhibuit ad tradita per *Rotam coram Carill. decis. 238. num. 6. cor. Emer. Iun. decis. 231. num. 3., & 4., coram Gregor. decis. 497. num. 5., & in Salisburgen. Iurium Parochialium super Remissoria 30. Ianuarii 1719. §. Verum coram R.P.D. meo Gamaches*, quodque non sint multiplicandæ Compulsoriæ speciales iuxtà notata per *Rotam coram Carill. dicta dec. 238. n. 4. coram Cerro dec. 91. num. 34., & 35.*, & conferunt deducta in *Ferrarien. Decimarum 10. Decembris 1717. §. Hinc coram R.P.D. meo Foscaro*, signantèr in Causa Beneficiali cuius omne ius in vita Beneficiati terminatur, vt in specie aduertit *Card. de Luc. de Benef. disc. 28. num. 8. vers. Cumque istud Rota decis. 129. coram Millin. decis. 333. num. 4. coram Benincasa, & Pampilonen. Decimarum super Remissoria 28. Ianuarii 1704. §. Re-*

§. *Remissoria coram bon. mem. Muto* = Quam, & validius in defectu extremorum, quæ pro concessione Compulsoriæ specialis indispensabilitèr requiruntur, videlicet quod constet de existentia scripturæ, necnon de ejus releuantia, quodque exulet suspicio calumniæ, vt conditum monent *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 12. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 1. num. 482., & seqq. Rota coram Pœnia decis. 594. num. 1., & per tot. coram Duran. decis. 376. coram Bich. decis. 475. vtrobique num. 1., & in Castellana validitatis Concordiæ, seù Bipartitæ super Remissoria, & Compulsoria 4. Febr. 1705. §. 15. cor. bo. mem. Molines*, quorum altero deficiente locus non est Compulsoriæ speciali pro remoranda iudicio *Card. de Luc. de Iudic. disc. 31. nu. 32. Rot. coram Cerro decis. 859. num. 5. in fine*, & firmant omnes mox allegatæ auctoritater; E sanè assumendo particulari examen assertorum Iurium, quæ compulsari contenduntur, quantum pertinet ad Processus Collegiorum S. Idelphonsi, & Sanctæ Crucis, deficit profectò respectu primi probatio existentiæ, cum imò ejus inexistentia satis concludi posse videtur ex Iuramento per Collegiales præstito coram Iudice Compulsoriali vigore Breuis, quod illum non habent, nec dolo desierunt habere, vt in his terminis obseruat *Specul. de credit. Instr. §. Postquam num. 11. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 18. n. 16. Andreol. contr. 35. num. 13. Rota decis. 267. num. 4. post secundum vol. cons. Farinacc. coram decis. 166. num. 2. vers. non obstat, & coram Buratt. decis. 266. nu. 10.*, & hæc eadem inexistentia allegari valet respectu secundi, & regula quod in proposito Compulsoriæ speciali non admittitur præsumptiua existentia, sed necesse sit exhibere copiam Processus extraiudicialitèr extracti, vt in distinguendo inter hanc, & instantiam exhibitionis firmauit *Rota coram Bichio decis. 475. nu. 2. 3. & 3. coram Duran. decis. 576. num. 1., & decis. 131. coram Dunoz. Iun. decis. 493. num. 1., & in Castellana validitatis Concordiæ, seù Bipartitæ super Remissoria, & Compulsoria 4. Febr. 1705. §. Quo verò coram bo. me. Molines* = Cœterum respectu vtriusque deficio extremum releuantiæ, statim ac ex deductis in contemporanea Decisione solidè firmatum fuit, Processus hujusmodi sinè vlla Iuris solemnitate factos pro sola instructione animi Collegialium procedentium ad non admissionem ex falso etiam rumore, nullum de se probationis gradum, siuè adminiculum facere nec quoad alios, nec quoad non admissum, vt videre est sub §. *Indèque est*, sub qua ratione communitèr receptum est, huiusmodi Collegia cogi non posse ad hos Processus cedendos, vt iuxtà inueteratam consuetudinem omnium Regnorum Hispaniæ testatur *Parexa de cedit. Instrum. tit. 10. resol. 4. à num. 18. ad finem*, & signantèr *num. 30. &*

36. *Lar.de Anniuers. lib.2. cap.4. num.24. & 122. Pax de Tenut.p.1.cap.32.nu.53.Carleual.de Iudic.tom.2.lib.1.tit.2.disp.3. num.30.& 54.* & multò minùs in casu, quo non admissio innixa extitit rumori, qui euidentèr detectus fuit erroneus, & falsus, eoque non obstante tàm ipsi non admissi, quam alij fuerunt qualificati in Collegijs, & Ecclesijs habentibus simili rigorosa statuta cum pręcedenti, & subsequenti constanti fama puritatis, vt latè prosequitur dicta contemporanea Decisio §. *Quod si Iuris*, ideòque inepta prorsùs remanet eorumdem compulsatio, quæ omninò denegari debet ad *Textum in l.cum falsu Cod.de Iuris, & fact. ignor.* & in specie *Rota decis. 447.num.3.coram &c.Bich.decis.1.nu.1.coram Priolo dec.474. num.4. coram Cerro, & in d. Cancellaria super Remissoria, & Compulsoria 4.Februarij 1705.§.Eademque cor.bo.me.Molines.*

Manifesta similitèr emergit irrelenantia quoad probationes factas anno 1598. a Petro Salazar occasione eius prouisionis de Canonicatu Ecclesiæ Seguntinæ, nam cum subsequuta eius admissio præsupponat indispensabilitèr ad terminos statuti Ecclesiæ probationes eius puritatis non est, quod pro contrario effectu probationes huiusmodi compulsari contendantur; Immò cum Capitulum liberas habuerit habenas compulsandi, quod sibi placuerit ex Archiuio dictæ Ecclesiæ Seguntinæ, quod integrè perlustrauit, vt patet ex Processu compulsoriali exindè iam dudùm extracto, & nuperrimè tantùm in Actis producto; Cumque desupèr ex attestatione Canonici Secretarij ex Decreto totius Capituli facta habeatur, quod Testes omnes dicto anno 1598.examinati, deposuerint omnes Ascendentes præfati Petri, intèr quos Isabella de Torres, & Alphonsus eius Vir, fuisse Christianos antiquos liberos, & exemptos ab omni suspicione infectionis *secundo Summario additionali Iosephi num.2.litt.C.* Non leuis exindè oritur supèr petita harum probationum compulsatione legalis suspicio calumniæ, *Rota coràm Millin.decis.447.num.2.vers.Et hoc eo magis, & coram Verall.decis.58.num.2.& 3.& in Recent.decis.65 num.2.p.3.* Quo verò ad fidem Baptismatis Isabellæ Torres, quæ obijt anno 1541. frustrà exposcebatur specialis Compulsoria hoc ipso, quod nedùm non probatur eius existentia, sed imò eius inexistentia probata permanet ex Processu informatiuo, ex quo apparet à Canonico Commissario omnes adhibitas fuisse diligentias tàm in Parochiali Seguntina, in qua compertum extitit, antiquiorem Librum Parochialem initium sumere àb anno 1564. & sic longè post obitum Isabellæ, quàm in Parochiali Terra Aquauiuæ, in qua antiquior Liber reperaus fuit àb anno 1551. id, quod mirum esse non debet, cum non nisi post publicationem Concilij Tridentini Parochi hoc

opus

onus habuerunt hos Libros retinendi, vt liquet *seß.24. cap.2. vbi Barbos.num.28. & de Paroch. cap.7. num.2.* Non attento, quod Cappellanus maior Ecclesiæ Seguntinæ deposuerit, antiquiores Libros fuisse asportatos ad Tribunal Sacræ Inquisitionis, quià Testis iste magis comprobat inexistentiam, dum deponit == hà qualche notizia per le scritture del suo Antecessore, qualmente nelli tempi passati con l'occasione d'alcune proue dell' Inquisizione furono portati via alcuni Libri antichi della Parochia, e benche fossero state fatte diuerse diligenze per ricuperarli non lo potè conseguire, perche li rispondeuano, che non li haueuano.

Et demum quoad Tabellas Sambenitorum superflua omninò detegebatur specialis Compulsoria statim, ac ex quatuor, quæ adsunt illorum Familiæ de Torres, duo fuerunt transcriptæ ab ipso Canonico Commissario, qui reliquas transcribere consultò omisit, & de cætero ex sæpèdicto Processu informatiuo iàm constat de omnibus quatuor Tabellis cum nominibus, & pænitentijs iniunctis, mediante attestatione publica Secretarij S. Inquisitionis *Summario prædicti Iosephi num.* 44. Quod si ex hucusque dictis constat de omnimoda irreleuantia Iurium, quæ compulsari contendebantur, non est, quod amaritudinem aliquam ingere possit ex animaduersio, quod alias visa sint haberi pro releuantibus à Signatura Gratiæ, quæ speciales Compulsorias de anno 1718. concessit dispensatiuè etiam ad Iuramentum de non cedendo: Quidquid enim ex facultate extraordinaria decreuerit Signatura Gratiæ, quod tamèn ineffectuatum ex mora Capituli remansit, suadere quidem potest, nouam ex nunc, & post tanti temporis decursum Compulsoriam peti non sinè suspicione calumniæ ex adductis per *Rotam coràm Veral. decis.58. num.2. & 3. & coràm Molin.decsi.675. num.5. & in recent. decis.65. num.2. par.3. & decis.271. p.2.*, Sed nequaquam efficit, vt eadem asserta releuantia præsupponi debeat modo, quo causa remissa extitit ad Rotam cum facultate procedendi, prout Iuris fuerit ad executionem Breuis, & Litterarum Compulsorialium, quæ quidèm clausula coercet cognitionem intrà meros Cancellos Iuris *Marchesan. de commiß.fol.100. num.148. Sperell. decis.85. num. 38. Rota coram Ludouis.decis.378.in fin. coram Cerro decis. 172. num.17. & in recent.decis.242. num.4. par.13.* & omne, quod respiciat gratiam, excludit, *Rota decis.376. num.7. & 8. & decis.49. n.5. & seqq. part.18.recent. & coram Emer. Iun.decis.1642.num.6. & seqq.* Addito signantèr, quod cum ex Pragmatica glor. me. Philippi IV. confirmata in forma specifica à san. mem. Vrbano VIII. tres positiui actus, præsertim à Tribunali S. Inquisitionis procedentes, rem Iudicatam super puritate constituant

etiam

etiam ex post deducta infectione non retractabilem, vt expen sum fuit in contemporanea decisione §. *Si itaque* quelibet vlterior probatio etiam ex hoc ipso censeri valuisset irreleuans, quod nempe Ioseph nos tres tantùm, sed plures numeret actus positiuos a Tribunali Sac. Inquisitionis in Processu informatiuo registratos. Et ità vtraque &c.

LLL
Fit relatio, quod Sac. Rota decreuit causæ expeditionem.

Extensis autem, atquè publicatis de more suprainsertis decisionibus nostris Rotalibus repropositæ extitit causa in alia plena Rota, ibiquæ causæ meritis denuò discussis, atquè ventilatis rescriptum prodijt prò causæ expeditione, qua stante resolutione seruatis omnibus, & singulis de jure, & stylo seruari solitis, & consuetis, necnon prò parte, & ad instantiam dicti Illustrissimi D. Canonici Iosephi Fernandez de Iubera Principalis personaliter citato coràm nobis, & de mandato nostro Domino Iosepho de Cappuccinis supradictorum Reuerendissimi Capituli, Decani, & Canonicorum Primitialis Ecclesiæ Toletanæ exaduerso Principalium legitimo Procuratore ad diem infrascriptam Nos de voto, & assensu RR. PP. DD. Couaditorum nostrorum, quibus de huiusmodi causæ meritis relationem plenariam fecimus, & fidelem in executionem præinsertarum Decisionum Rotalium mandatum de procedendo ad vlteriorem legitimam executionem retroscripti mandati Reuerendissimi Ansàldi de procedendo ad legitimam executionem litterarum executorialium, mandatique Reuerendissimi P.D. Lancettæ super Immissione ad possessionem Canonicatus, & Præbendæ in Ecclesia Primitiali Toletan fauore d. Illustrem D.Can. Iosephi Fernandez de Iubera Principalis, vt præfertur decret. & relaxat. concedendum, & relaxandum fore, & esse duximus prout decernimus, concedimus, & relaxamus, ac extrà Romanam Curiam, & ad Partes expediri mandauimus, & mandamus per easdem Præsentes. Quæ omnia, & singula præmissa vobis omnibus, & singulis supradictis, & Vestrum cuilibet, quibus Præsentes diriguntur intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad Vestram, & cuiuslibet Vestrum nòtitiam deducimus, & deduci volumus, & mandamus per easdem Præsentes.

MMM
Decretum interpositum ab Rmo Ponente, quo mandauit procedi ad vlteriorem exequutionem sententiarũ, & litterarũ exequutorialiũ Rmi Lancettæ Decani.

NNN.
Et decernuntur Litteræ exequutoriales.

Vosque nihilominùs, ac Vestrum quemlibet Auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte tenore Præsentium requirimus, & monemus primò, secundò, tertiò, & peremptoria, Vobisque, & Vestrum cuilibet in solidum, & in virtute S. Obedientiæ, & sub infrascriptis Sententiarum, & Censurarum penis strictè precipiendo mandamus, quatenus infrà sex dierum spatium post præsentationem, seù notificationem Præsentium, ac requisitionem Vobis, seù alteri Vestrum prò parte d.D.Can. Iosephi Fernandez de Iubera

OOO.
Mandatur, vt sub pæna Excommunicationis pro

In-

Inquisitoris Inquisitionis Regni Mursiæ, & de superius dicto Canonicatu, & Præbenda in Primitiali Ecclesia Toletan. Prouisi Apostolici Principalis, siuè eius Procuratoris prò eo desuper fact. immediatè sequen. quorum sex dierũ spatium duos prò primo, duos prò secundo, & reliquos duos dies prò tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica Vobis, & Vestrum cuilibet assignamus, ità tamen, quod in his exequendis vnus Vestrum alium non expectet, nec vsus prò alio, seò per alium se excuset, retroscriptum mandatum, & litterarum executorialium, & mandati de immitendo Reuerendissimi Lancettæ fauore d.D.Can.Iubera Principalis ad possessionem d.Canonicatus, & Præbendæ in Primitiali Ecclesia Toletan. modo, & forma proùt in eis continetur exequamini, & ad illorum vlteriorem legitimam executionem procedatis, procedique mandetis, & curetis, ità tamen quod tàm virtute prædictarum litterarum executorialium, & mandati de immittendo Reuerendissimi Lancettæ, & litterarum executorialium, mandatique de procedendo ad legitimam executionem per Reuerendissimum Ansaldum decret., & relaxàt., quàm vigore præsentium nostrarum litterarum executorialium Rotalium, mandatique de procedendo ad vlteriorem legitimam executionem supradictus Dominus Canonicus Ioseph Fernandesi de Iubera in, & ad veram realem, effectiuam, & Corporalem possessionem supradicti Canonicatus, & Præbendæ in Ecclesia Primitiali Toletan. vt præfertur vacat. per obitum Ioannis Ramon de la Fuente, & de quo agitur vna cum omnibus, & singulis ejusdem Canonicatus, & Præbendę Iuribus, actionibus, & pertinentijs suis Vniuersis per Vos, & quemlibet Vestrum, & per quos, seù per quem spectat &c. Immitatur, & imponatur, Immissusque, & impositus manuteneatur, & defendatur iuxtà formam, vim, continentiam, & tenorem præinsertorum Decisionum, & litterarum executorialium dictorum Reuerendissimorum PP.DD. Lancetta, & Ansald. & præsentium nostrorum *absque difficultate omni, & quacumque mota oppositione, & contradictione quibuscumque postpositis, atque penitus seclusis atque remotis Inhibemus*. Præterea modo, & forma præmisit, Vobis omnibus, & singulis supradd. & generaliter quibusuis alijs, cuiusuis status, gradus, ordinis, & conditionis, & præsertim dicto Reuerendissimo Capitulo, ac Illustrissimis DD. Decano, & Canonicis Cathedralis, & Primitialis Ecclesiæ Toletanæ exaduerso Principalibus tàm coniunctim, quam diuisim, ac aliàs omni &c. omnibusque alijs, & singulis sua interesse putan., nè quominus omnia, & singula supradicta, & infrascripta suum debitum consequantur effectum impedimentum aliquod præstetis, seù

cedunt ad vlteriorem exequutionẽ Sententiæ, & Litterarum exequuterialiũ Rmi Lancetta.

PPP.

Et mandatur immitti D. Iuberæ in possessionem absque mora, & contradictione cum relaxatione Censurarum, earumque aggra-

